



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

Forma mandati apostolici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

Limitatio
ad cap. de
nulla de
praben.

Nota tamen, quod licet per promotionem ad episcopatum vacent priora beneficia, tamen per adeptionem dignitatum, vel beneficiorum, non vacat episcopatus. *rex. sing. in ca. cum nostris. de concess. prab.* quia episcopus sine consensu Papae episcopatum dimittere non potest, *vt ca. inter. c. si de transf. epi.* & per hoc limitatur d. c. de multa, quod licet loquatur de dignitatibus, tamen non procedit in episcopatibus, cum sit odiosum, & ita no. Pan. in d. c. cum nostris. quod est notandum. Imo per adeptionem secundi episcopatus, non vacat primus sine Papae autoritate. *c. quanto. & ibi Pan. in si de transf. epi.*

Quaero an electus in episcopum ante confirmationem possit permutare beneficia, quae habebat tempore electionis & breui decidit gl. in *S. aren. super in verbo, disponere. de colla. in prag.* vbi dicit quod non, cum sit incapax obtinenda beneficia cum episcopatu. *ca. cum in eunclis. §. cum verb. de elect.* & sic dicit interuenisse arrestum, licet in fine videatur contrarium tenere. Declaratur in reg. 24. cancel. quod prouisiones beneficiorum, quae vacant per resignationem simplicem, vel ex causa permutacionis illorum qui promouentur ad regimina ecclesiarum, vel monasteriorum, si ante diem promotionis conferantur, sunt nullae, quia ille qui sciebat se promouendum ad episcopatum, vel abbatiam, faciebat resignationes secretas, vel permutabat cum alio beneficio etiam minimo. Ideo postea facta promotione Papa erat illusus, & nil valebat conferre: quare statuit, vt supra dictum extitit. Quaedam ad hanc materiam facientia, vide per Leobinum Dalerium in tract. de mand. apost. & per Ruseum in suo tracta. vbi eleganter & pulchre hac materiam explicant.

Finis tituli De mandatis Apostolicis.

Forma Mandati Apostolici.

Is titulus sic continuatur Sup. de mandatis Apostolicis sicut tractatum, & quod certa forma in eis seruari debet, ideo eam hic locare voluisti, ut ab initio alibi posita fuisset.

Hac rub. patet quod scriptura mandati intra scripta est de forma, cuius omissione corrumpitur. *l. i. de iur. & posth. & sic diligenter obseruanda. l. diligenter ff. manda. c. cum dilecta de rescrip. adeo vt si actus fiat per equipollens, tamen adhuc erit nullus omiſſa forma. Bal. Angel. & alii in d. l. i. Paul. in l. mancipia. C. de seru. fugi. [Nam hac forma data est, ne in futurum ab hac forma discedatur, sicut in l. constitutionibus. ff. ad munic.] Sed querendum est quomodo cognoscitur aliquod esse de forina? Resp. vbiunque lex vel dispositio dicit se tradere pro forma tunc censetur ibi forma tradita. *l. debitoribus. de re iud. l. hac consulti. in. i. ibi. ante lae. §. nota. C. qui testis facere possunt, & maxime quando in rub. dicitur de forma seruanda in consilio, tunc illa rub. probat, quod sit de forma, sicut hic videmus. Fel. in c. cum dilecta. ver. 10. & vlt. de rescrip. plene tradit. Alber. Bracc. in tract. de forma & solenni. actus, subtra. quando aliquid. censetur traditum pro forma. fol. 34. vers. 5. conclusio. probatur etiam supra de mandatis apostolicis, rescrip. forma. inferius annotatam, & ibi sub forma. C. & ibi ponderaui.**

Secundo, probatur, quando lex, vel alius actus disponit circa modum conficiendi actum, aliter quam ius commune disponat illud dispositum censetur esse traditum pro forma. *Fel. in d. c. cum dilecta.* Alioquin nihil operaretur, quod esset contra. *l. si quando ff. de leg. 1. & c. si Papa de priuileg. & sic in r. num. heret.*

Tertio, quando lex conditionaliter loquitur, vt si non sint mobilia, capiuntur immobilia. *l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. Bal. in aush. vt marri & aush. col. 1. nu. 3. C. quando mul. iur. offi. fung. per illam. rex. ibi. si renunciauerint. argu. l. prior. in prin. ff. de colla. bono.*

Quarto, vbi actus annullatur non seruata dispositione. *l. si praedictum. C. de prob. minor. Bal. in l. i. ff. de lib. & posth. vt instrumenta facta cum vno notario non valeant, si duo non adsint, vel dicitur quod actus aliter non fiat. Bar. in l. vlt. in si. C. de vend. reb. cum lib. Fel. in c. cum dilecta. de rescrip.*

Quintò, ubi est prius & posterius. *Bal. in l. 1. col. pe. ibi. ex dicto ergo Rosre. C. ne liceat ter-
tio prouoca. ideo si dicatur, quod sententia
f. ratur de consilio sapientis, alias sit nulla,
quia consilium prius habendum, ergo da-
tus est ordo, idem in reite iurato qui prius
iurare debet, & postea deponere. c. de 4 lib.
l. iur. iuranti. C. lib. 1. si pararet graue pre-
iudicium, alias leuis solemnitas non vitiat.
li. in ff. de ven. in spic.*

Sextò ubi apponitur tempus, qui non
obseruat tempus, non obseruat formam. *l.
scire. §. consequens. ibi, non aliter audietur, ni-
si obseruauerit constitutum tempus. ff. de
excus. iur. Bal. in aut. que supplicatio. circa fi.
C. de precib. impe. offe. dixi in §. teneantur. de col-
la. supra. §. in tract. non in. q. 14. c. 1. de temp. ord.
c. 2. de concess. preb.*

Septimò ubi plura committuntur, ibi
videtur data forma, vt secundum ordinem
narrationis factorum debeat iudex proce-
dere. *c. cum dilecta. ubi Pan. dicit tex. ad hoc
esse sing. de refc. & sic apparet istud exem-
plum nobis esse præscriptum pro forma,
quod sic suadetur. Inam quando congre-
gantur multi actus simul, tunc illa dispo-
sitio est utilis, & non superflua, vt dicunt
iuriconsulti in substitutione breuiloqua
in l. Lucius ff. de vulg. probatur etiam in rubr. ff.
commu. præd. §. in rub. C. commu. vtriusque
iudi. §. in rub. C. commu. de leg. §. communia.
de success. §. commu. de manumiss. hoc sequitur
Albe. in rub. ff. de vulg. col. 45. in 4. Opp. sed hæc
forma multas antiquas formas congregat,
ergo vnam formam præstituit, quam ser-
uare regnicolis necesse est. Adhæc vult. §.
i. supra in 1. vt quilibet Papa possit dare lite-
ras mandati iuxta formam inferius anno-
tatam, ergo contra formam non potest da-
re à contrario, & formam hic annotatam
vult publicari, & registrari in quintero,
quod in vanum fieret, sic non obseruare-
tur: sed non obseruaretur nisi esset de for-
ma, ergo de forma erit, vt etiam supra dixi.*

Insuper, ad perpetuam rei memoriam
vult illam formam publicari, non esset pe-
petua memoria si non esset de forma, quia
non seruaretur, & sic extingueretur, vt et-
iam supra dixi, sed repetò, vt hic congre-
gem dispersa.

Sextò, ista forma est scripta, & data ad
obuiandum litibus, quæ occasione litera-
rum mandatorum oriri possent, vt supra
proximo ii. dicitur. sed non obuiaretur liti-
bus, si non esset de forma, quia vnus impe-
traret mandatum sub vna forma, alter sub
altera, sed deinceps postea maiores essent li-
tes quàm olim, quia crederent Gialli, quod
iuxta conuentionem factam in tit. prox.
deberent impetrare secundum hanc for-
mam. tamen hoc modo nõ concederetur.
& sic deciperentur sub hac promissione,
contra id quod dicitur in l. 1. C. de his qui ve-
niam etatis imper. ubi dicitur neminem de-
bere decipi principali beneficio. nam veri-
simile est, quod postquam Papa & rex su-
premi in terris sic conuenerunt, quod no-
lunt alia formam seruari, quia actus prin-
cipis debent esse stabiles, & perpetuo man-
suri. *Feli. in c. cum olim. col. 3. de re iudi per c. de-
cet. de reg. iur. in 6. vnde in simili dicit Card.
conf. 7. rub. de refc. quod si Papa scribat pro
beneficio à se referuato, non facta mentio-
ne referuationis, præsumitur circumuen-
tus. sic concessio regis Franciæ contra su-
am pronunciationem est nulla, quia præ-
sumitur circumuentus. Bal. expresse in dicto
cap. cum olim. [Gomes. in reg. de annal. posse.
qu. 6.]*

Adde etiam ea quæ non sunt de forma,
vel ordine, possunt ordinis fieri, & formæ
per principem, quia quod illi placet, legis
habet vigorem. *l. 1. ff. de consti. prin. Bal. in l.
prolatam. col. 3. vers. §. nota quod princeps. C. de
sent. §. interlo. sed voluit esse de ordine. in
§. si quis verò supra de coll. ergo erit de ordi-
ne substantiali, vt dico ibidem.*

Nec obest declaratio summi pontificis
facta per Clementem 7. anno 3. sui pontifi-
catus. 6. Idus Ianuarii, quia nil nocet sine
declaratione regis, nam contractus semel
factus à duabus partibus non potest decla-
rari nullus, vel alio modo in præiudicium
alterius partis, nec valet declaratio in con-
trarium facta. *arg. l. 1. §. seq. C. quando liceat ab
empr. dis. e. Imò declaratio Papæ iniqua
est ipso iure nulla, & est attribuenda cir-
cumuentioni, importunitati, aut er-
rori. Reg. d. de bella mera, decis. 734. etiam*

extra Rotam, vers. sextaratio. Soci. cons. 260. in causa. col. 9. vers. ex quibus inferio. in 2. vol.

Item quando declaratio Papæ non consonat verbis declaratis, vt hic, habendus est pontifex pro circumuento. Card. cons. 7. rub. de resc. Fel. in c. ex parte decani. vers. Et ob illusionem ibidem, Et in d. c. cum olim. col. 4. de re iud. in d. statuere super iâ confirmatis non est proponere remedium æquitatis, sed calumniam præteritis inuenire. Anch. cons. 398. permitto. quem referri Fel. in c. si quando. col. 1. de resc.

Nec refragatur quod interpretatio, seu declaratio summi pontificis ex singularis postulatione personæ facta ad legem ordinationem præcedentem constituit ius generale inter omnes. no. in c. in causis. de re iud. l. 1. l. C. de legib. sic consuluit Rō. cōs. 260. in proposito. Ref. loqui quādo Papæ declaratio esset facta super sua constitutione. secus in cōcordatis, quæ sunt tam à Papa quàm à rege condita, & sic sua declaratio nil potest obesse, nec potest hæres vel successor declarare voluntatem defuncti. not. in l. idem Pomponius. §. ff. de rei vendi. Et in l. inter. §. 1. de verb. obli. Perus. in c. 2. col. 1. de resc. Soc. cons. 120. memini. co. 1. Et 3. in 3. vol. Ideo ad regē, qui erat vnus ex contrahentibus, spectabat declarare, potius quàm ad Clementem septimum, qui non nouerat mentem contrahentiū, Leonis videlicet & regis, sicut rex, qui in sua declaratione dicit se fuisse memorē illius formæ, & quod pro forma substantiali erat posita inter eosdem contrahētes, & sic rex declarauit an. 1527. ante pascha, die 29. Martii quæ fuit lecta, publicata, & registrata in magno consilio, an. 1528. die 13. Iulii, suæ fuisse intentionis mandata impetranda esse secundum formā hic immediatē descriptam, quam substantialem vult esse, ita quod nil addi huic formæ possit, nec diminui, vel alterari in substantia, sed ad verbum, vt est hic descripta, debet mandatum impetrari, nec aliæ clausulæ insolitæ sunt apponendæ, alioqui declarat mandata nulla roboris, vultq; omnes curias secundum istam declarationē debere iudicare ac præcepit mandata contra hanc for-

mam impetrata reiciēda, & respoēda, quæ declaratio est summe vtilis pro regnicolis, & iuste ac rite facta: ideo sequenda. [Quæ videre quilibet potest in ord. reg. rub. des mandata. in eis quas in tu. redegi.]

Dicit tamē Bal. in c. cum in 1. terti. col. 1. de le. quædam esse de forma, & horū transgressio inducit nullitatē, quædam sunt de præcepto, & horū transgressio inducit penalitatem, quædam sunt de simplici consilio, & ista omiſsa non vitiant, nisi expresse hoc dicatur. hæc ille. Nec me mouent no. in d. 1. de iure par. vbi quando actui noua datur forma, tunc si non apponatur clausula decreti, valebit actus in contrariū factus, nec dicitur ille actus esse de forma substantiali, quia resp. quod clausula decreti est apposita in dicta rubr. de firma Et in uo. a. concord. stab. vers. necnon, supra eo. Ideo non est amplius hæstandum.

Item clausula non aliter, inducit formā. Clausula Bar. in l. de his. ff. de transact. De. cons. 528. pro re. non aliter solutione. in fine, quæ videtur poni in dicta rubr. de firma. Nec refragatur quod si co. formatur de effectu, sufficit implere per æquipollens. l. fin. §. fin. ff. mandata. l. si. in dicta lege, hæc consultiſsima. in fine. Et l. 3. no. 1. C. de iur. Et l. puberē. C. de iure deliberan. Resp. esse verū, quando tantum respiceretur effectus, & non esset apposita clausula irritans, secus quando illa clausula esset apposita, per not. in d. c. cum dilecta. vt hic Et supra dixi.

Minus obest si dicitur esse de forma accidentalī, quæ omiſsa non vitiat actū. Bar. in d. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transact. Et plenius in trac. de aluco. vers. quod si vbi ponitur multa exempla. Et illa dicitur accidentalī, quando actui iam producto accidit. Substantialis verō forma dicitur, quando requiritur ad actum producendum, vt hic: & ponitur exemplum, in pileo concuuitas, & rotunditas sunt de forma substantiali. Bal. in l. vniuersa. C. de preci. imper. offer. Et sic dico hæc formam sequentem esse substantialem mandatorum, sine qua in hoc regno mandatum non valebit. vide quæ dixi in repet. l. quod ius sit. in pres. a. nu. 18. cum sequi ff. de re iud. [Et quæ abundē scribit Alber. Brunus in tractatu]

Mandatu
Pape est se
condi ius
intelligen
tum.
Et nota quod mandatu Papæ debet intelligi secundum ius. c. dudum. 2. de elect. & c. 1. de concess. preb. in 6. Et secundum ius canonicum interpretari. Bal. in c. si quando. in 2. n. de rescriptis. in l. beneficium. nu. 36. ff. de const. prin. Ideo aliqua iura ad huius elucidationem duxi inferenda, vt sequitur.

Leo a

a **Leo.**) Leo Græcè idem est quod rex Latinè, eo quod leo rex est omnium animalium, teste Isidoro lib. 12. etymolog. c. 2. [Hoc tamen apud Græcos non legi pro rege, sed 74. 75. pro animali, qui Leo postquam est animalium irrationabilium rex, sic rationabilium Papa est rex omnium, & ei vicario creatoris est subdita omnis creatura, vt dicitur, Psal. 8. Omnia subiecit sub pedibus eius. Ita expresse tenet Innoc. & alii in c. 1. de const. Ipse enim non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. c. quanto. de translatio episcopi. Barb. conf. 1. columna 15. in 1. volumine. Vnde Leonis virtus apparet in pectore. firmitas in capite, dormit apertis oculis, ignem timet, & strepitum rotarum: & cum ambulat, vestigia eius cum cauda delet, ne venatores inueniant locum futuri. hæc Isidorus vbi supra. Sic Papa debet habere virtutem in pectore, quo ad charitatem & Dei dilectionem. firmitatem in capite, id est, in intentione, quæ debet esse firma ac bona ad Deum. Dormire debet oculis apertis, per discretionem & sagacitatem, iuxta illud Cantico. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. dicitur etiam Psal. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Vestigia, id est, peccata præterita delere debet per confessionem, & per clauis ecclesiæ indulgentias concedendo. Strepitum rotarum, id est, comminationes sacræ scripturæ, & ignem æternum timere debet, per frequentem cogitationem, & sic à venatoribus, id est, à dæmonibus non poterit reperiri, sed dicit: In me non habent quicquam. hæc Berchor. in reducto. moral. lib. 10. cap. 57. Ideo bene conuenit summo pontifici **Leo.**

Et nota quod prima litera, mandatorum, & literarum apostolicarum debet esse magna, & capitanea, & solenniter scribi, & extense. verba sunt Spe. in tit. de rescriptis. scribi de præsentia. §. primo igitur. col. 3. vers. & quoniam ex forma. Et prima litera nominis Papæ debet esse plena, & extra ordinem aliarum literarum, vt habetur in pract. curie Rom. Et si scriptum non haberet tractus solitos, non faceret fidem, vel si imagines amborum Apostolorum in plumbo non essent. Domi. in c. quis nesciat. n. dist. Fel. in c. 2. num. 11. de rescriptis.

Nota tamen, quod si Papa scriberet sub nomine proprio, non intitulando se Papam, illæ literæ non facerent fidem. Fel. in cap. 2. col. 7. num. 17. in fin. de rescriptis. Vel si scriberetur Papæ sub nomine proprio baptismali, non posset ratione dicere. Itæ literæ non diriguntur mihi, vel scribens videtur in contemptum dignitatis facere: vt per verba Bal. in Proemio decretalium. Gregorius. col. 2. vers. nunc reuertor. Quia iste est stylus, contra quem literæ impetratæ non valent. c. quam graui. de crim. falsi. & de hoc stylo potest informari cum practicis & expertis in illa materia, teste Bar. & Laf. in l. 3. §. fin. ff. de test. vt plenè scripsi in tract. de consuet. in ordina. reg. art. 2. in 3. tomo.

Episcopus a seruus seruorum Dei, venerabili fratri & Episcopo d

a **Episcopus.**) Ab ordine vocatur episcopus, non à dignitate, quia non reperitur par vel maior ordo in ecclesia. glos. & doct. in proemio sexti, in verbo, episcopus. ibi licet videre dixi in §. si quis verò. in gloss. cardinalarius. supra de collat. Episcopi enim sanctissimi Christi legati existunt, spirituales sunt patres. Papæq; fratres, & coepiscopi columnæ comprobantur ecclesiæ, verba sunt text. in de. 1. §. pen. de penis. & quare dicitur seruus seruorum Dei, traditur in proemio cle. vbi multa iactantur, quæ non multum seruiunt practicanibus. Ideo ea missa facio, etiam quia multa effundit Io. Dayma. in rub. de conuento. approbat. in verb. episcopus. supra eo. vbi licet videre. [Et mis-

rias Papæ scribit Florent. in 3. parte summe
iii. 22. c. vi.]

Quæ verba b Venerabili) Hæc dictio cum ma-
posime ab- gno V. & omnes aliæ in mandatis seu gra-
brevitate tiis Apostolicis posita extense scribi ex-
scribi in re- stylo debent his exceptis, quæ si abbrevia-
scriptis apo- te scribantur, stylo non repugnat, vt epi-
stolicis. scopus, seruus seruorum, diocæ. salutè &
Apostolicam benedictionem, ecclesia. Itè
nomina ciuitatum, vel diocæcium, vt dioc-
ces Paris. Bononien. ac nomina mensium
Septemb. Octob. Nouemb. In data, Da-
tum Idus, Non. Calend. vt in Prouincia.
fol. 14. habetur vers. dictiones, & quod re-
latiuum nunquam abbreviate scribitur se-
cundum eum.

Papa ar- c Fratri.) Omnes episcopos, archie-
chiepisco- piscopos, & patriarchas, Papa fratres vo-
pos, & epi- cat de stylo curiæ c. quam graui de crim. fals.
scopos fra- Sunt autem sacerdotes Leuitici generis
tres vocat, fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in
& alios fi- executione sacerdotalis officii coadiuto-
hos, & qua- res existunt. cap. per venerabilem. & sunt au-
re. tem. qui filii sint leg. Ideo Papa cardinales e-
piscopos vocat fratres, etiam si aliqui mi-
xti sint non episcopi: alios vero cardina-
les non episcopos, separatim vocat filios.
c. 1. de supp. negl. præl. gl. in c. 1. de offi. leg. in 6.
Barb. in cap. in presentia. col. 4. de prob. & cap.
1. col. 2. de loca. plenè. Fel. per stilum text. in cap.
cum venerabilis. no. 1. de excep. & eo vocat il-
los fratres per participationem eiusdem
dignitatis. cap. præterea. 51. dist. cap. fratres. de
pen. dist. 5. ipsi enim episcopi cum Papa vo-
cati sunt in partem sollicitudinis. cap. fun-
danentia. §. decet. de elect. in 6. quod est ver-
um, quando sunt consecrati: si verò tã-
tum sunt electi, eos filios vocat, vt in pro-
uincia. curiæ Romanæ habetur. fol. 14. vers.
licere Apostolica. &c.

Frater quot Aliquando vocantur fratres aliqui dile-
medis di- ctione. Ideo amicus vocat amicum fratrem.
carur. l. nemo off. de her. insti. aliquando illi, qui pro-
fitentur tria substantialia regulæ. cap. cau-
sam. de iud. vbi dicit Panor. illos fratres ap-
pellari ex communi vsu loquendi, qui sunt
in religione aliqua mendicantium. Alii
verò religiosi vocantur monachi, & largif.

si. nè omnes Christiani fratres dicuntur. c.
ad mens. an. u. q. 3. facit. ex merito. 6. q. 1. om-
nes enim Christiani fratres in Christo su-
mus, sed non in disco, dicebat quidam. Pro-
priè fratres dicuntur, qui ex eodem patre
& matre nati sunt aub. post fratres. C. de leg.
her. vel si ab eodem tantum patre, & tunc
vocantur fratres consanguinei, si ab eadè
tantum matre vterini. §. 1. insti. de leg. agn.
succesi. & in aub. de consang. & vterinis. fra.
coll. 6.

Item omnes qui in eadem ecclesia sunt cano-
constituti, vt canonici, vocantur fratres de se fra-
tatione societatis, & communionis. Cal. tres dicuntur
der. in cap. mandatum, per illum text. de-
scripsit. & ibi Barb. colu. 3. & concordia fra-
trum valde placet Deo. Ecclesiast. 25. cap. vi.
de dicit D. Hierony. Infernus fratres diui-
dit. refert Lucas in l. cum allegas. col. 2. C.
de castr. pecu. milit. libr. 12. & Iustus Ioan.
And. in c. 102. col. 1. de regu. vbi multiplicem
fraternitatem scribit.

Vidi dubitari an appellatione fratris ve-
niat frater patruelis. quod non decidit
Bart. in l. Lucius. §. quæ situm. ff. de leg. 3. &
Bart. per illum text. in cap. vno. de feudo mar. sic
consuluit Bal. conf. 327. cum in causa. col. 11.
vol. 3. & Alex. consil. 97. viso ibidem. col. 2. in
2. vol. & 204. consideratis. col. 3. ibidem & conf.
36. viso. col. 2. in 6. ac conf. 89. circa. col. 4. ibi-
dem. & conf. 203. viso. col. 3. in 7. vol. gloss. &
ibi Angel. in l. 1. ff. de moftic. test. Deci. consil.
461. præfens. & 679. vbi etiam dicit appel-
latione patrum non venire patruum ma-
gnum. Reliqua licet videre per Petrum
de Vbal. in tract. de duobus fratribus: quod
facit ad intellectum ordinationis regiæ
permittentis facere cessionem fratris, vt
non possit fieri patrueli, vt scripsi tractat. de
cessio. & transfor. in ord. reg. in 2. tomo. & in
scholastico. priuileg. 177. vbi videre licet,
quia plenè materiam illius ordina. scribo
inibi.

d Episcopo.) Et sic in salutatione
quando scribitur episcopo vel abbati, de-
bet semper poni locus vnde est, vt episco-
po Magalonen. (qui nunc episcopus Mō-
tispefulani dicitur, propter translatione
ecclesiæ Magalonen. ad Montepessu-
lanum

lanum) vel abbati S. Genouesæ. non tamen ordo describi solet, *iste prouincialis. fol. 73. rub. de iudicib. & eorum ordine. vers. licet non ponitur.* [Quod est verum quando Papa dirigit episcopo mandatum, vel aliam gratiam: si autem Papa mandet abbati, vidit ordinem expressum sic: abbati & cõuentui monasterii B. Mariæ de Iosaphat prope & extra muros Carnot. ordinis sancti Bened. Sec. & tunc ordo dioccesim præcedit. *test. eo. Hiero. Paulo in prouincia. rubr. de quatuor clausu. fol. 22.* semper in imperationibus beneficiorum regularium est faciendi mentio ordinis maxime Cisterciensis: alias impetratio non valeret, tanquam subreptitia. *ca. cum ordinem. vbi doct. de rescriptis.*]

Nec ponitur fratri nostro, nec dilecto filio nostro, nisi fortè sit familiaris Papæ, tunc sic scribitur. Dilecto filio tali N. capellano nostro, vel diacono salutem, alioqui esset falsa litera, *vt est tex. in tap. quam graui. de crim. falsi. nisi scriberet regibus, vel reginis, tunc dicitur charissimo in Christo filio Francisco Franciæ regi. c. charissimus. de conuers. coniug. cle. vna. de iur. iur. cle. pastoralis. de re iud. & contra reges & principes, seu magnos duces, non dantur literæ sine signatura Papæ, vni prouinciali habetur. fol. 20. vers. contra reges.*

Stylus scribendi at reges & alios.

Modus scribendi ad abbatissas & moniales.

Idem quando scribitur abbatissæ, vel monialibus, tunc bene apponitur in Christo. *c. cum dilecta. in Christo filia. de rescriptis. cap. dilecta. de except. c. cum dilecta. de confirm. rituli.* Hos expressè tradit pater præcticæ. *Spec. in tit. de rescr. presentia. §. ratione forme. vers. & nota quod. in salutatione. Imol. in promio decretalium Gregorius. in 6. oppos. fallit quando loquitur de mortuis regibus, vel aliis, quia tunc sine isto honore eos honorat, vocando Henricum quondam imperatorem. d. cle. pastoralis. vers. sanè. per què dicit Barb. in c. inherentes. num. 26. de iur. calum. quod quando loquimur de viuis, debemus apponere nomen appellatiuè dominustalis, &c. secus de mortuis. Sic etiã quando allegantur doctores viuentes, debet addi dominus Decius: si mortui, non: *vt Bar. quod est notandum.**

Nec etiam est omittendum sufficere primam literam nominis proprii rei vel reoram, contra quos impetratur rescriptum, exprimere, vt contra P. Rebuffum, *tex. in c. cum M. & ibi doct. de const. c. cum in multis. de rescr. in 6.* quia spectat ad impetranter declarare rescriptum ambiguum. *c. pastoralis. §. 1. de rescr. & in c. fin. ibidem.* quod secus est in cognomine & in iudicib. qui incerti nõ possunt dari. *cap. ad hæc. de rescr. hodie tamen de consuetudine curiæ apponitur nomen mea extense secundum Imol. & Fel. in c. cum accessissent. col. 1. de const.*

Extense nomen proprium est in rescripto pro scribenda.

Notandum est tamen quod prouisio ecclesiarum spectat ad episcopos de iure cõmuni in suis episcopatibus. *c. omnes B. silice. spectat ad 16. q. 7.* etiam si fundator ordinaret, quod institutio non spectaret ad episcopum sed ad inferiorem. *c. sic quidam. no. q. 1. & c. nouem. vni. ibidem. Im. in c. in Laveran. in fin. de præb. Pan. inc. requisisti. col. pen. de resta. Bart. per illum text. in l. quotiens. §. fin. ff. de adm. tut. nisi episcopus consentiret, quia tunc valeret. Pan. in cap. in nobis. de iur. patro. Rosius in tract. de iure patr. in verbo, pro eo. q. 12. Nec poterit postea successor episcopi reuocare, cum non agatur de præiudicio iuris ecclesiæ quæsitæ. *Barb. in d. ca. requisisti. col. 30. vers. ego vidi. Roma. conf. 177. licuit. &c.* Ita tamen non procedunt in quinque casibus reductis pulchrè per Fel. in cap. cum venerabilis. col. 11. vers. circa dicta abba. de except. vbi videre licet.*

Prouisio ecclesiarum spectat ad episcopos de iure cõmuni.

N. a & dilectis b filii capitulo, c

a N.) Id est episcopo Paris. Montipessulani, vel alii. & per hæc habes quod mandatū debet dirigi alicui, alias non valet. *c. mandatum. cum. seq. de rescr. in 6.* quid si quis habeat plures episcopatus, vel abbatias, aut episcopatum cum abbatia, seu archiepiscopatum, & dirigatur mandatū isti episcopo triplici, vel istis abbatibus, quia est duplex abbas. ratione cuius episcopatus vel abbatia teneatur prouidere. Resp. in episcopatu expresso, vel in abbatia, quia in eo expresso censetur grauatus, & non in alia abbatia non expressa, vel episcopatu. *c. cum in illis. §. si. de præb. in 6. & d. c. si.*

Mandatū quomodo sit dirigendum.

Si

Si verò exprimeretur sic, venerabili episcopo, Aurelianen. & abbati S. Benedicti, &c. tunc dicerem teneri prouidere in episcopatu Aurelianen. si ibi prius vacet beneficium, si in abbacia prius fortè vacauerit, ibi mandatario prouidebit, si simul per mortem vnus vacent beneficia, & in episcopatu & in abbacia prouidebit in episcopatu prius nominato, & attendetur ordo mandati per text. solennem in ca. mandato. de preben. in 6. sed si non exprimeretur qualitas, non valeret mandatum, vt si dirigatur Guillelmo Pellicerio. & non exprimitur episcopatus, quia hoc casu collatori non est directum, vt debet esse in §. i. supra ut. prox. ibi, vnum collatorem, &c. & hic patet, scripsit singl. Leo supra c. Imò si mandatum dirigeretur episcopo. Carcastonen. singulisque canonicis, non comprehenderet beneficia ad collationem archidiaconi, vel alterius dignitatis spectantia. text. in d. c. fi. & vidi super his sepius dubitari: quæ notes. Et lege quæ scripsi in tract. nomina. q. 8. & inferius, in verb. singulis.

b Dilectis filiis. Sicut Deus est pater omnium, quia creator omnium. c. 1. de summa Trinitate & sic omnes sumus filii eius ad Gala. 3. cap. Omnes filii Dei estis per fidem. Ideo eius vicarius vocat omnes suos filios, si sint Christiani, infideles verò non. vt cap. quam graui. de crimi. falsi. Vbi Card. non tamen sunt filii eius generatione, nec adoptione, sed cura & honore, quia curam omnium, & ei omnes honorem habere debent. Bonifa. in procem. cle. col. 2. nota. 4. Et quot modis vocetur quis pater, vel filius, tradit Archi. in cap. fin. 22. q. 2. Lucas de Penna. in l. 1. c. de excu. artific. libr. 10. Fallit quando scribit excommunicatis quos tunc non fratres, nec filios appellat, sed loco salutationis & benedictionis dicit spiritum consilii sanioris, teste Spec. in tit. de rescript. presenta. §. ratione formæ vers. & nota quod Papa, quia excommunicatus pro mortuo habetur, vt notat in cap. grauem. de semen. excomm. facit gl. in verbo, suspendendum. cap. dilectis filiis. de appell.

c Capitulo. Et sic mandatum po-

test dirigi episcopo & capitulo simul, hic & in cap. literis. de rescript. cap. fin. de preb. in 6. potest etiam dirigi mandatum se h. capitulo. cap. si capitulo. de concess. preb. in 6. & soli episcopo. c. si soli illo ut. in 6. & c. mandatum. de rescript. nec ite tex. tradit formam, in hoc, cum hæc verba sint narratiua, vt debeat dirigi, sicut hic dicitur, sed cui voluerit mandatarius in impetratione declarare, & poterit grauari episcopos, si collationes quin quaginta beneficiorum habuerit separatim à capitulo duobus mandatis, & capitulum si totidem collationes habeat duob. aliis, quia in reb. separatis pro duob. habentur, vt notatur in c. edoceri. de rescript. & cum quilibet collator grauari sic possit. §. i. supra ut. prox. in glo. vnum. Si verò collationes communiter fiant per episcopum & capitulum, vltra duo mandata dirigi illis non poterunt, quia in illis pro vno collatore reputantur, & vnu corpus censentur. c. nouit. & c. ex noscitur. de his que sunt. a prel. Host. in summa illius ut. hoc inuit. vide glo. in verbo, spectat. §. statuit. de coll. in pragm. [Et mandatum dirigi potest episcopo & capitulo, siue habeant collationes beneficiorum simul & coniunctim, siue diuisim, vt probatur ex hac forma, quæ aliqui impariter deciperet, & quia singulos canonicos grauari vult, vt hic patet per seq. verba ergo episcopum solum, & capitulum solum, si separatas habeant collationes, & probatur etiam ex clausula communiter & diuisim inferius posita, de qua dicam, nec tenetur impetrans declarare contra quem velit se iuuare, quia hoc per hanc formam conceditur contra vtrumque.]

singulisque a canonicis ecclesie b N. salutem c & apostolicam benedictionem. Vita d ac

a Singulisque canonicis.) Illud expressit propter text. in cap. fin. de preb. in 6. ubi mandatum directum capitulo, non comprehendit singulos canonicos. facit. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in us. voc. quia aliud est capitulum, aliud singuli de capitulo. l. sicut. §. i. ff. quod cuiusque vniuers. no. ideo actor vniuersitatis nō est actor singulorum

In literis excommunicatorum pa-pa eos non salutat.

gulorum. l.2. ibidem. facit quod notat Anch. conf. 204. visis. col. 2. Fel. in c. cum accessissent. col. 9. nu. 22. de cons. Et in ca. eam. col. 10. vers. aliud singuli. de rescr. las. conf. 140. communitas. vol. 4. Et ita expressè fuit decisum in Rota. decis. 583. nota in dicepsi. in antiqu. gloss. in verb. decem. in §. non tamen. de coll. in prag. Ideo dixi in nominationibus. in tract. nom. qu. 3.

adulteru
nullis sua
siferat be
nificia non
comprehen
da benefici
naque co
feruntur.

Ino si maderet prouideri de beneficio spectante ad collationem capitulum communiter vel diuisim, non venit beneficium, quod spectat ad praelati collationem tantum, quia praelatus & capitulum sunt diuersa. rubr. de his que sunt a prael. & no comprehenditur praelatus, nisi exprimat. Inn. in c. dilectus. de concess. preb. sic consiluit Bal. cof. 241. factum tale in si. vol. 3. Collecta. in c. post electionem. col. 1. de concess. preb. Si vero mandetur capitulo, non comprehenduntur singulares, nisi illi singulares vice & nomine capitulo conferrent, vt per hebdomadas vel menses. Gemina. in d. c. si de preb. in 6. de Rota. deci. 119. nota quod vbi. in antiq. quia cum ipsi vice capitulo conferant, capitulum ipsum videtur conferre. arg. l. quod meo. ff. de acq. poss.

Et indultum episcopo, vt nullus conferat beneficia ad suam collationem spectantia, non extenditur ad beneficia quae episcopus confert cum capitulo per supradicta. Et sic consiluit de Ripa, conf. 34. indultum. lib. 2. respon. 23. Iulius in si. nisi in indulto expressè exprimeretur: nam sicut vnum potest Papa concedere, & alterum. c. 2. de preb. in 6. Fel. in c. omnes leges. col. 6. dist. 1. Si autem dirigatur decano & capitulo, singulisq; canonicis, si decanus habeat decem beneficia, per se grauatus censetur, quia nominatus. d. c. si. sic & singuli canonici habentes decem beneficia, licet hic non sit apposita clausula, tam coniunctim quam diuisim, & haec dictio, singulis, habet vim illius clausulae: & ideo superflue hic apponetur, nec a Papa hic solet conferri, sed in non obstante infra: vide tex. in c. vt singula plebes de offi. archipresby. Et gl. in c. vt circa. in verb. omnia & singula de elec. in 6. Si vero mandatum dirigatur decano & capitulo Bitu-

ricen. coniunctim vel diuisim, non comprehenduntur beneficia spectantia ad singulares personas capitulo, quia ista gratia satis potest operari in spectantibus ad collationem decani & capitulo: ideo illa solum comprehendit, secus si scriberetur ad capitulo collationem communiter vel diuisim. d. c. si. Et ibi Domin. Et lo. Colo. in d. ego vidi apponi vltra videlicet singulisq; personis ecclesiae, vt dixi in tract. nom. q. 8. & quando sic dirigitur mandatum episcopo, & capitulo, singulisq; dignitatibus & canonicis ecclesiae Paris. non comprehenduntur hoc casu dignitates, nec canonici, qui non habent decem beneficia, per §. pe. super. in. proxi. & ita alias consiluit, quia hi non possunt grauari §. 1. de mand. Apost. supra. nec in nominationibus, si non habeant, per §. praefati que ordinari. de coll. sup. [Item in indulto non comprehenditur beneficium patronatus, cuius institutio spectat ad habentem indultum, vt decidit Cassad. in decis. 3. de priuileg. quia debet intelligi sine prauidicio alicuius. l. 2. §. merito ff. ne quid in loco publ. fiat. c. si gratiosè, de rescr. in 6. c. vlt. in 25. q. 1.]

b Ecclesie, Si ergo dirigatur decano & capitulo Montispessulani, non dicitur ecclesiae Montispessulani de stylo curiae Romanae, vt Paulus, & c. dilectis filiis decano & capitulo Montispessulani reffe Prouincia. li. fol. 87. rub. de inuicula. in si. nisi dicatur vt hic.

c Salutem Insequitur D. Paulum, et ad Cor. it. c. sic dicentem, Salutate inuicem in osculo sancto. & idem dicitur, i. Per vlt. c. & Virgo beatissima salutauit Elizabeth. Luc. pape quod i. c. & haec salutatio producit actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, iocunditatis, & necessitatis, que prosiquitur Bercho. in suo dictio. profita. na. morali, in verbo, salutare, vide alios effectus per tex. Et nota. in de si summus. de sent. exc. gl. in c. cum Adrianus. 63. dist. Et in proemio decr. Gregorius Et in proemio 6. dixi supra in proemio in hoc verbo. Aduertendum est, quod haec salutatio debet scribi literis longis, & tota debet poni in vna linea, ita quod tria vltima puncta retorta, quae consueuerunt poni post in perpetuum, non fiant ex-

XXX

tra, sed intra lineam lateralem, teste Spec. in tit. de refer. presenta. §. primo igitur. col. 4. vers. circa dictiones.

*Nominam
lueris pa-
pe non de-
ben diuidi
nec in illis
linee fieri.*

Et aliqua dictio in literis Papæ non debet diuidi, vt in fine vnius lineæ sit principium, & in principio alterius sit finis pulchre Archi. in summa. 25. q. 2. vbi plenè tradit, ego ipse vidi aliquando diuisas. Tamen literæ Apostolicæ non debent lineari cum atramento, vel plumbo, aliàs sunt falsæ: vior verbis Hieron. Pauli. in pract. curiæ Roma. fol. 14. vers. literæ Apostolicæ.

*Quatuor
partes sunt
in mandato.*

Vit e Hic incipiunt verba narratiua mandati, & sic nota hoc mandatum habere quatuor partes. In prima ponitur saluatio, in secunda narratio, vt hic: in tertia, dispositio, ibi, ac volentes: in quarta, non obstantia, quæ est ibi, non obstantibus forsan, &c. [quinta fieri potest pars de data, ibi, datum, &c.] & in prima mandati & secunda parte, licet aliquid sit additum mandato, vel detractum, dummodo factum sit plenè narratum, & stylus seruatus, nõ vitatur mandatum, quia forma interdum dicitur quedam narratio, quæ non est de substantia. l. scio. in si ff. de appel. Bal. expressim in c. cum in veteri in prin. de elect. & ineptum esset narrationem vitare dispositionem, eũ ex narratiuis non arguamus. ca. si Papa. de priuileg. in 6. gl. sing. in l. vna. C. quando non per. par. Vnde modica rasura in narratione rescripti non vitat. c. ex literis. de fide instr. ideo si in narratiua dicatur, cupientes, quod eidem N. habenti aliud beneficium, &c. licet istud sit superfluum propter clausulam motu proprio, & pro expressis habentes, tamen non vitat. l. testam. C. de testi. ideo in vno mandato vidi sic descriptum, Salutem, &c. grata deuotionis obsequia, quæ dilectus filius N. breuium Apostolicorum scriptor nobis & Apostolicæ sedi hæctenus impendit, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistit, necnon vitæ, &c. quod non minus valuit: idem si dicatur in vltima parte, non obstante quod ex soluto & moniali natus sit, &c. alioqui non posset aliquis naturalis, vel aliàs indignus impetrare mandatum, hoc videtur

probari in cle. exini. col. 3. de ver. sig. vbi tres minores iurantes seruare regulam B. Francisci, tenentur seruare consilia pro consiliis, & præcepta pro præceptis de in. mandatis verba narratiua debent seruari pro narratiuis, & decisua pro decisiuis. Et hoc fuit arboratum arreto magni consilii, videro infra. eo in gl. ac volentes, &c. quod est notandum, quia vidi sæpius dubitari super his, & Bal. in c. super literis. ubi. 3. de refer.

morum *a* honestas, aliaque laudabilia *b* probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius N. apud nos fide digno commendatur testimonio, nos *c* inducunt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales *d*. Hinc est

a Morum honestas Quamuis vitæ cernat necessaria ad victum clericorum, verbum honestas concernat ipsos respectu morum, vt tradit gl. in rub. de vna & honest. cler. tamen hic Papa vult coniungere, videlicet vt honestas & morum & vitæ inducant eum ad liberalitatem. Et an istud probet, videlicet istum, cui conceditur mandatum esse honestum, & an ista debeant verificari per executorem? quod non quia non scribitur conditionaliter, tradit Inn. in c. si in prin. de presump. & D. Probus in add. ad 10. Mon. nu. 22. rub. de vna & honest. cle. in 6. nam solet apponi de consuetudine vnde non probatita esse de Ripa in lib. 2. Respon. 35. collatio.

In dubio verbum, quæ in exordiis gratiarum ponuntur, dicuntur causa impulsua, non finalis, per gl. in l. 2. in si ff. de donat. qua cessante non cessabit gratia, vel mandatum. l. 1. §. sexum. ff. de postul. c. cum cessante. de appel. Imo si pars probaret contrarium, videlicet mandatarium non esse honestum vitæ, non minus esset eidem providendum, tum quia hæc solent de consuetudine apponi, tum quia verba narratiua non probant, & quia ex stylo scribuntur, & ad ornatum potius, quam ad veritatem, nisi probaret

baret defectum reddente in inhabilem mandatarium, ut infra eod. Ideo iudices non debent admittere facile probationem in contrarium, nisi inhabilitatem pars veller probare, secus si mandatarium ignorantiam per prædicta, quia dubitare an is dignus sit, quem Papa elegerit, sacrilegii instar est. l. 2. C. de crim. sac. nisi probaretur omnino illiteratus. c. si de eia. & quali dixi in praxi beneficii. in princ. Vide tamen tex. in cle. vna. de proba. quæ non habet locum in regno, ut infra pauci. rub. de subla. cle. licet. de probat. & que ponit Anch. in cle. vna. oppo. i. de concess. præb. & Dy. in reg. semel. de reg. iur. in 6.

Clausula b Probitatis & virtutum Virtus in gratis so laudetur, & alget. dicit Inuena. & hic stylus hic apponit in Francia quo ad seculares in mandatis pro secula seruari debet, sed in religiosis dicitur, religionis zelus, literarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliæque laudabilia probitatis ac virtutum merita, &c. ut habetur in Prouinciali. fol. 57. & infra dico in forma mandati pro regularibus. In impetrationibus tamen quas faciunt doct. & alii graduati, solent apponi in principiis gratiarum, literarum scientia, vitæ ac morum honestas, & sic scientia præponitur. Quando verò scribitur pro minore quatuordecim annis, sic solet scribi, laudabilia infantilitatis indicia, prout fide dignorum testimoniiis accepimus, verum si niliter præsumi, quod te in virum procedere debeas virtuosum, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales, &c. rex. in c. ex studis suis cognoscitur puer. de presump. & facit rex. in l. pe. §. ff. de decur. & de clausula fide digno commendatur testimonio, vide Corlet. in rep. c. grandi. nu. 46. de suppl. negl. præl. lib. 6. Quid si dicat, ex his & aliis animum nostrum mouentibus concessimus, an si in expressis sit surreptum, possit rescriptum ratione huius clausulæ sustineri: tradit Barb. conf. 33. bene etiam. in 3. vol. quod non tu illum videro.

Honestatis c Inducunt) Honestas morum ac sanctitas vitæ inducunt ad multa concedenda, que aliàs non concederentur. Deus ipse optimus maximus propter sanctita-

tem Moysi fuit sapius ad Iudæis indulgendum motus, ut legitur Num. c. 12. & c. 14. ibi, dimisit iuxta verbum tuum & c. 21. & alibi. Item propter sanctitatem viri indulgetur alicui, si succumbat in expensis. Hosti. in cap. finem. de dolo. quem refert Hippo. in l. §. ff. de qu. vbi alia multa ad hoc propositu adducit: inter cætera quod si res furtiuareperiatur apud hominem honestæ vitæ & conuersationis, non præsumitur eam subtraxisse, secus in alio, de quo in l. in civilem. & l. civile. C. de furt. Sali. in l. ff. de quaest. Facit etiam quod testi valde legali & fide digno creditur sine citatione, licet aliàs secus: hæc est doctrina Bald. in additionibus ad Spec. in titul. de teste. col. vlt. vers. valet dictum. & c. quem sequitur Hipp. in cons. i. circa ff. vbi etiam alia multa similia adducit. Dixi in tract. de reprob. & saluatio testium, in verbo, citatus, quod in regno Franciæ non procederet, vide Decis. conf. 575. in casu. colum. 2. Hic possem allegare sexcenta similia, quæ de industria (ne membranas occupem) relinquo.

d Liberales) Liberalitas Papæ est, ut dicit Io. And. in c. sedes apostolica. de reser. ut det plumbum pro auro, quod dicebat quidam, ego benefacerem, sed imò est liberalitas, quia gratiam mandati, vel aliam non teneretur facere, ideo est liberalis eam faciendo. c. nonnulli. in prin. de rescript. & ibi Pan. no. & etiam dicitur liberalitas & gratia in quantum magis conceditur vni, quam alteri. gl. in c. relatum. de præb. quam sequitur Feli. in cap. postulasti. col. 3. de reser. gloss. in cap. quamuis. i. de præb. in 6. Aliqui ponunt duplicem liberalitatem, vnam in dando. c. cum Mathe. de celeb. Mis. & ibi gl. alteram in accipiendo, & ista ferè omnibus communis, nec dicitur proprie liberalitas, prima placet, ista displicet dicit gl. in d. c. cum Marthe. vbi tradit hos versus sequentes.

Temporib. nostris quicumque placere laborat, Clausulæ Det, capiat, querat plurima, pauca, nihil. in gratis

Et nota quod in beneficialibus gratis & dispensatio sic solet dici, ut hic: in dispensationibus verò specialibus fauoribus prosequentes, in aliis autem specialibus fauoribus

& gratis, &c. teste Provinciali, fol. 56. versic ad gratiam, &c.

quod nos cupientes vt eidem N. iuxta illius quæ olim per felicis recordationis Gregorium Papam nonum prædecessorem nostrum, ad tunc episcopum Nouionen. directa extitit, quæ incipit, Mandatum a, & aliarum duarum illam immediatè sequentium decretalium formas b de canonicatu c & præbenda, aut dignitate d, personatu administratione, vel officio e vestræ, vel alterius

a *Mandatum*) Sub tit. de rescr. vide quæ dixi in præfatione ad tit. de mand. Apost. supra.

b *Formas*) Hoc ideo dicit, quia hæc forma fuit elicita & extracta ex illis decretalibus, non tamen vult hanc formam omitti: nec obstat si dicatur, si illa forma debeat seruari, ergo ista non. Resp. quia ista quo ad effectum non differt ab aliis, cum omnes tendant vt provideant mandatario, licet essent quædam formæ ab ista differentes, vt supra dixi in gl. in forma. tit. l. prox. & ista forma continet alias positas in c. mandatum & seq.

c *Canonicatu & præbenda*) Nō ergo sufficeret providere de canonicatu sine præbenda, vel de sola præbenda, extra canonicatum, cum hic copulatiue loquatur. de hoc dixi plenè in §. 1. supra de colla. in gl. canonicatum, & non sufficeret exprimere de beneficio, nisi dixisset de præbenda. Fel. in c. postulasti. col. 7. de rescr. Et sic mandatum vt in diocesi provideatur de beneficio, non comprehendit canonicatum & præbendā in ecclesia cathedrali propter ipsius honorem. c. quamuis. i. præb. in 6. ideo hic exprimitur. de Rota dec. 136. voluerunt. & deci. 247. habens gratiam. & dec. 445. si legatus in nouis. & dec. 133. nota quod illi. in anti.

Item in simplici dispensatione non veniunt cathedralia beneficia, verba sunt Fel. in d. c. postulasti. col. 7. vers. secunda conclusio. ibi limitat. vide ibi per eum.

Fallit quando mandatur providei in ecclesia cathedrali, tunc veniunt etiam præbendæ ex verisimili intentione pontificis, & canonicatus in illa ecclesia. Cald. in conf. 31. an impetrans. rub. de præb. quem sequitur Soci. conf. 260. in causa. col. pe. ver. 2. dico. in 2. vob. Et etiam quando nulla erant alia beneficia in illa ecclesia, ne gratia sit in vanum impetrata. arg. c. si papa de priuileg. in 6. & nisi verba illius gratiæ essent valde generalia, vt pote de quocunque beneficio Inol. in cle. vna. col. 3. de suppl. negl. præl.

Item in literis in forma pauperum. Cū sint de iustitia, & proprius episcopus ardeatur ad providendum. c. episcopus. cum similib. de præb. c. si episcopus. ibi in 6. comprehenditur etiam cathedralis ecclesia: licet in literis gratiosis secus. gl. doli. in d. rap. quamuis. & in c. accepimus de extra. & qual. Fel. in c. postulasti. col. 3. vers. dum declarat abbat. de rescr. scripsi in præf. beneficiis, & sic quando mandatur providei de beneficio ad collationem episcopi spectante, vt hic comprehendenter etiam beneficia ecclesiæ cathedralis, quia sumus extra casum. d. ca. quamuis, & hoc tenet ibi Ioan. Andr. & Ioan. Vanquel per illum rex. ibi, hoc casu sequitur Nicolaus Milius in verbo, gratia. q. 56. Contrarium tamen tenet Old. conf. 185. ibi naturale precedens tamen ratione huius generalitatis mandati, est verior.

d *Aut dignitate*) Sufficit ergo providei de dignitate, aut alio beneficio, quia alternatiue loquitur ad veritatem cuius requiritur alteram partem esse veram. c. inter cetera. de rescr. l. si heredi. ff. de condi. insti. & necessaria est ista expressio: quia si mandatur providei de beneficio, non comprehenditur dignitas. c. ad aures. & ibi plenè dicit de rescr. c. si de præb. & est reg. cancel. q. 3. quæ hoc expresse tradit. Imo si concedatur mandatum ad beneficia curata, & quæcunque alia nō includitur dignitas, quia hæc dictio quæcunque alia includit similia. gloss. in auct. sed

Mandatum de providei do, an comprehendat præbendam in ecclesia cathedrali.

sed nouo iure. C. de ser. fugit. Sic docet Soc. conf. 260. in causa. col. 10. in 4. princ. conclu. in 2. vol.

Nec comprehenditur in mandato, vel impetratione ad dignitate, maior dignitas post pontificalem. hoc expresse tradit Egi. in dec. 698. conclusio. [Sed contrarium est verum, nisi electiva dignitas fuerit, quæ tantum excipitur infra, vt dixi in gl. non excipitur.] Hic autem ordi. regiaz. eo. in. art. 3. & seq. derogatur, vbi poterat mandatum dirigi tantum ad dignitates, si collator decem habebat: hodiè non, vt hic dicitur: alioqui non daretur secundum hanc formam, & ita fuit declaratum per regem, vt supra dixi in rub. formamandati. * nec esset mandatum generale, quod necessario requiritur in Francia, vt votum captandæ mortis ad certum beneficium euitetur. c. 2. de concess. preb. in 6.

Classificatio non necessaria in mandato non sunt scribenda.

e Vestra vel alterius.) Hoc dicit vt tollat dubium, si episcopus habeat collationem in alia ecclesia, quam cathedrali, etiam in alia diocesi, vel presentationem, vt teneatur conferre, vel presentare per hæc verba, vt in c. pro illor. de preb. Et quid si beneficium est in claustro ecclesiæ, aut in conuentibus ædificiis, an censeatur, inesse ecclesiæ, & debeatur impetrari: tradunt Do. de Rota, decisio. 149. virum beneficium, in antiq. quod si mandetur abbati nõ habenti collationem, nisi in sua ecclesia, non est necessario apponenda ista clausula, quia frustra apponerentur, & in mandato vel alio actu non debent apponi verba, quæ non operantur. l. si quando. ff. de leg. 1. nec est verisimile, quod Papa velit grauare mandatarios, vt exprimant superflua: cum ea tollant, vt in proemio decret. & sexti ac superator in proemio Insti. & in 1. const. & quia in mandato nullum debet esse verbum sine ministerio operandi. Bal. in rub. C. de contrah. emp. q. 9. Sed mandatarii nõ desiderabāt capellanas pauci valoris, ideo eas omittebant. Fuit igitur declaratum mandata non valere, nisi exprimatur capellaniæ in habentibus collationem, aliàs non: tutius est tamen vt exprimantur in omni casu ad vitandos processus.

ecclesiæ, aut alio beneficio, a cū cura, b vel sine cura, etiam si parochialis c ecclesiæ vel eius perpetua vicaria, aut capella, d siue perpetua capellania fuerit, ad vestram collationem, e nominationem, seu

a *Alio beneficio*) Intellige ecclesiastico, & sic in hoc mandato non comprehenditur pensio. c. quamus. 1. de preb. in 6. tū quod non dicatur beneficium ecclesiasticum, tum etiam quod non habeat spirituale ministerium annexum, nec elemosinaria vel hospitalia. cle. 2. de preb. hoc etiam in expectatiuis non comprehendit, scribit Io. Staphyl. in tract. de literis gratiæ, in o. forma. fol. 26. vbi idem concludit de manuali, vide alia non comprehensa, in gl. comprehensa. §. declarans. de collat. supra. & que scripsi in tract. nomina. q. 15

Pensio mandato an comprehendatur.

b *Cum cura*) Ideo dicit, vt tolleretur dubium. c. cum in illis. de preb. in 6. vbi quando mandatur prouideri de beneficio, non comprehenditur curatum. Et quia maior idoneitas in eo requiritur, cum sit arduum regimen animarum. c. cum sit de etate & qual. facit. c. cum in cunctis de elect. Idem si mandaretur prouideri de dignitate, vt non comprehendatur curata. Etiam si omnes essent curatæ in illa ecclesia, & nulla alia ibi esset. Bonifac. in cle. 1. num. 45. de preb. nisi cura esset illi dignitati vel beneficio annexa. c. super eo. de preb. in 6. cap. extirpande. §. qui vero. illo tit. vel nisi exprimeret esse collegiatam, vel conuentualem, tunc non tenetur aliam curam exprimere, etiam si haberet curiam parrochialem extra collegium vel conuentum, nisi essent duæ ecclesiæ separatæ, scilicet collegiata, & parochialis simul iunctæ, ita quod vna non fit alteri annexa, nec ei sublit, tunc etiam de cura habenda est mentio. N. Milius in reperi. in verbo, gratia. q. 101. vide in reg. cancel. 67. Dom. in c. cum illis. §. fin. de preb. in 6. Casado. deci. 12. illo tit.

Curæ beneficii quando su exprimenda.

Etiam in materia fauorabili nõ venit cura, nisi exprimatur, vt si Papa det potesta-

item conferendi beneficia, non venit curatum, nisi expressum sit. Ioan. Card. in cap. nostra. quest. 4. de rescript. vbi dicit quod nulla tam not. expressio requiritur, quam de cura, sequitur Card. in cons. 30. in hac col. 4. num. 21. sed Bonifac. contra in cle. 1. nu. 47. de preben. & communiter doct. in d. cap. cum in illis.

An sit exprimendum quod ecclesia sit parochialis.

An sufficiat exprimere beneficium curatum, si sit ecclesia parochialis, quod videtur, quia tantum valet expressio generis, quantum speciei. l. si duo. ff. de admin. tut. & cur. continet ecclesiam parochialem. Itē eadem ratio est in cura, quae in ecclesia parochiali, in d. cap. cum in illis. In contrarium videtur, quia stylus curiae Rom. hoc habet, vt exprimat ecclesiam parochialem. Secundō: quia potest intelligi de cura fori poenitentialis, vt not. in cap. omnis. de pen. & remis. & de cura habitu: ideo melius est exprimere parochialem, & hodie est expressum in reg. cancel. 52. & Inol. scribit in elem. vna in verbo duobus. de off. vica. vbi traduntur differentiae inter ecclesiam parochialem & curatam, dixi in verbo parochiales. §. statumimus. 2. supra de coll. facit quod no. Io. Andr. in c. si Apostolica. de preben. in 6. vbi quo ad illum text. appellatione ecclesiae parochialis dicit nō venire curatam quae non sit parochialis. c. super eo. ibidem. & ibi Ariol. si tamen in signatura fuerit facta mentio curae, & in ea fuerit dictū, quod possit maior specificatio fieri, poterit in bulla extendi, & apponi parochialis, quia exprimendo parochialem specificatio fit curae, cum parochialis dicatur species curae. vnde. Card. cons. 30. in hac, quod est notandum. [& sic censuit Senatus hoc anno 1551.

Si tamen impetrans assereret beneficium non habere curam animarum, non habet hoc necesse probare, quia tacite intelligebatur, vt supra dixi: ergo expressio non mutat formam. l. conditioes extrinsecus. ff. de conditio. & demonstr. de Bella mera. in decis. 676. si impetrans. & ista intellige procedere in mandato de prouidendo, secus in prouisione facta de beneficio vacante. Nam tunc valebit prouisio, etiam si mentio curae non fiat. Ioan. Colom. in d. cap. cum

in illis. in 1. conclus. quia gratia de vacante est vberior, quam mandatum de prouidendo. Vide tamen ibi Domini. & Perus. quia illud non firmo, & infra dico in gloss. pro expressis habentes.

c. Parochialis ecclesia.) Hoc expressio premit pressit ad tollendum dubium, de quo traditur in d. cap. cum in illis. de preben. in 6. quod dicitur oportet exprimere curam, prout supra dicitur expressit. Verum quia posset quis dubitare, an parochialis ecclesia comprehendatur, quia non omne beneficium curatum dicitur ecclesia parochialis, sed omnis ecclesia parochialis actu habere dicitur curam animarum. Io. Andr. & alii in c. super eo. de preben. in 6. dixi in rubr. de collatio. §. statumimus. in 2. supra in verbo parochiales. In mandatis regularium non solet apponi haec clausula, quia monachi regulariter sunt beneficiorum incapaces, nisi esset aptus ad praedicandum. cap. quod Dei timorem. de stat. regul. cap. cum de beneficio. de preben. in 6. Illis dicitur Psalm. 83. elegi abiectionem esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Cur. in tract. de iure par. in verbo honorificum. Canonici tamen regulares S. Augustini & Praemonstraten. solent regere ecclesias parochiales sui ordinis ideo in illis mandatis deberet haec clausula adscribi.

d. Capella.) Quae dicitur quilibet ecclesia etiam parochialis per se constituta dummodo non fuerit collegiata. Panor. per illum rest. in c. nobis. de iure parochialis. doct. in rub. de capellis monach. vbi vide Host. in summa quid iuris habeat episcopus in illis: capellania vero solet dici illa quae non est per se, sed est intra ecclesiam fundata & constructa, de quibus Fel. in cap. ex parte. S. col. 1. & seq. de rescript. & in c. cum venerabilis. col. u. de excep.

e. Collationem.) Ista vocabula reperiuntur declarata in §. presbyteri. ordinari. de colla. supra. Nota tamen quod in mandato de prouidendo de beneficio spectante ad collationem episcopi non comprehenditur beneficium, cuius collatio deuoluta est ad capitulum, vel alium. c. si de beneficiis. col. 1.

quo. de preb. quia non fuit intentionis Romani pontificis, ut alii extra episcopum nominatum in gratia, graualet. glo. in d. clem. quam sequuntur docto. ibi. venit tamen sub dicta gratia beneficium ad episcopum deuolutum, quia spectat ad collationem episcopi, per illum text. Item ut omnes modos vacandi extra electionem comprehenderet, sequentia verba expressit, praesentatione, & aliam a quamcunque dispositionem communiter vel diuim pertinate, prouideri possit.

a *Aliam quamcunque dispositione.*) Alias expresso vno modo vacandi, non veniret alius. c. susceptum. de rescri. in 6. Et. cu. in illis. §. cum autem de preb. eo. lib. Anchar. in cle. vnica. de suppl. negleg. prel. no. 2. vbi per hanc clausula similia expressa tantum dicitur comprehendi. per c. sedes de rescri. non vero temporalia, ut feuda & dissimilia.

Fallit quando apposita esse clausula, vel alias quouis modo vacet, quia tunc apparet de intentione mandantis. d. cap. susceptum. ibi. nisi de intentione mandantis aliud apparet expressum. & venit per hanc clausulam omnis modus vacandi. glo. in d. c. susceptum. Rota decif. 28. si mandetur. in no. decif. 143. habens. in eisdem. Et decif. 726. nota quod ben. scia. in unq. Nam dictio quouis modo, aut quoquo modo, omnem modum denotat, siue directum, siue indirectum, principalem siue accessorium. gl. in c. vi. inquisitionis. §. prohibemus. de here. in 6. Domi. in cons. 29. licet subtiliter. col. 2. etiam si iure deuoluto. Cassa. in decif. 5. de preb.

Fallit quando vacaret per mortem alterius personae, quam expressa, utpote si quis impetravit per resignationem Petri, tamen vacauit per mortem Ioannis, tunc non debetur impetranti beneficium: nam possent vacare per mortem curialium, quae sunt Romani pontifici reseruata. Ideo non est mens pontificis, ut conferre velit beneficia, si ex alia persona vacent: quia sicut modus vacationis expressus, & locus & tempus referuntur ad personam Petri. arg. not. in cap. abbate. iand. de re iud. in 6. & ita

illa clausula, & alio quouis modo vacet. refertur ad illam personam expressam. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. de Rot. decif. 273. not. quod vbi papa. in antiq. Et decif. 743. not. quod si facta ibidem. Et 483. not. quod clausula in eisdem. Et c. ex parte. i. de offi. deleg. quia literae ad beneficia sunt restringenda. cap. quamuis. i. de preb. in 6. licet Rota decif. 613. si papa. in antiq. Et decif. 12. papa. rubr. de preb. teneat etiam venire ex quacunque persona vacet. Vide Regid. de bellamera, decif. 610. licet palatium etiam in Prouinciali, fol. 54. ver. clausula. aut. Ex stylo aliam personam non venire Bonifa. testatur. in cle. vi. col. 2. de sent. excom. Et Card. col. 30. in hac. col. 2. quod est intelligendum, nisi in literis esset clausula, & alia quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscunque persona. seu loco, vel tempore, ut solet apponi tunc veniret etiam vacatio per aliam personam, etiam si obierit in alio loco, & alio die, quam expresso: alias non, quia mors vnus non est mors alterius, nec mors vno loco & tempore, est mors alio loco & tempore. Philip. Perus. in d. c. susceptum. glo. in §. visum. in verbo. alias quouis modo. de causis in prag. Nicol. Milius in reper. in verbo. gratia. §. 2. Rot. decif. 27. fuit dubitatum, in adduotionibus. Et decif. seq. in nouis.

Fallit in acceptationibus, & prouisionibus executorum, quae non sunt nisi declarationes voluntatis, quae satis est declarata, quando constat de corpore beneficii, licet fuerit erratum in persona. Nico. de Milis in reper. in verbo beneficium. q. 62. Rota, decif. 219. licet impetrans. in nouis. Regid. de bellamera, decif. 221. in causa domini. ut si aliquis acceptet beneficium vacans per mortem A. & tamen vacat per obitum B. valebit acceptatio, dummodo probetur de vera vacatione, quia in acceptationibus debet potius attendi vacatio, quam modus vacationis. Domin. Et Perus. in d. cap. susceptum. glo. in verbo. nominatorum. in fin. §. Item quod ad dictas. de collatio in pragma. dummodo constet de beneficio acceptato. de Rota decif. 407. si expectans. in nouis. quia est quadam qualitas subsequens gratiam. Rota decif. 297. nota quod cap. susceptum. in antiq. Et decif. 356. no.

Error in acceptatione non nocet.

Capitulum capitulum

De clausula quouis modo ple-

dici, ne addas quicquam, nec minuas, vt
Prover. 30. c. & de hac forma dixi, *supra in gl.*
sub forma §. i. ut. prox. vidi tamen in vno má-
 dato addita hæc verba, volentes præfato
 N. qui dilecti fratris nostri cardinalis N. fa-
 miliaris, & continuus commensalis exti-
 tit, &c. & mandatum non minus fuit vali-
 dum. Imò etiam si impetrans non esset ex-
 communicatus, tamen ista clausula ab so-
 lutionis requiritur, alioqui forma non ser-
 uaretur, & etiam si non haberet beneficiũ,
 vel beneficia, requiritur clausula, nec non
 omnia & singula, &c. nam hæc clausulæ
 possunt in casu dubij prodesse, sed clausu-
 la canonicatus & præbendæ, quando man-
 datum dirigitur non habenti collationem
 canonicatus & præbendæ, nil posse prodesse,
 ergo non debet poni. Nec refragatur
 quod si hæc verba sunt de forma, vt *supra cõ-*
clusi in rub. Forma, &c. & quando forma nõ
 seruatur actus est nullus. *l. c. ij §. si prætor.*
ff. de transact. l. i. & ibi doct. de liber. & posthu.
 quod est verũ in verbis, necessariis & sub-
 stantialibus, sed verba superflua non sunt
 de forma, ergo illorum amissio non vitiat.
per nota. in c. cum dilecti de rescrip.

Tutius est tamen vt omnia ista verba,
 deciforia inserantur in mandato, ne pro-
 cessibus quis inuoluatur, & in magno cõs-
 pronunciatum fuit præfente magno Frã-
 ciæ cancellario, & pluribus magistris libel-
 lorum, ac consiliariis magni cõsilij in cau-
 sa præbendæ Agenen. pro Arnal. Gabrilla-
 gues, *dict. du Gabre* mandatario, contra ma-
 gistrum Gineste canonicam Agenen. hoc
 anno 1536. in mense Ianuario, quod modicus
 defectus etiam in deciforiis, dummo-
 do non fuerit necessarius, non vitiat. quod
 arrestum simul atq; miki nunciatum exti-
 tit, vehementer gauisus sum. eã volupta-
 tem melius mente concipiens, quam ver-
 bis exprimens, mirari postea non desij illo-
 rum perfectissimorum virorum diuinita-
 tem, ac ingenium sole ipso lucidius. quare
 vix considerari possit, quam bene, quam
 appositè, & quam egregie verba istorum
 concordatorum ab eis intelligantur.

b *Meritorum.* Hæc merita non debet
 probare impetrans, quia quando donatio

fit ab eo qui potest liberè donare nullis
 præcedentibus meritis, vt hic, tunc ista ver-
 ba enunciativa inducunt probationem in-
 ter easdem partes. *l. Aquilius regulus. ff. de ri-*
dom. Si verò sint ista verba, ratione merito-
 rum & seruitiorum, prolata ab eo, qui non
 potest liberè donare, non præcedentibus
 meritis, vt pote à patre, qui non potest dare
 regulariter filio in potestate sine beneme-
 ritis, nec vir vxori, tunc non inducunt pro-
 bationem meritorum, etiam cum iuramẽ-
 to, sed oportet aliter probare, etiam si dice-
 retur in instrumento releuauit eum onere
 probandi. *Bar. in l. si forte in ff. de castr. pecul.*
& idem Bar. & alij in l. si donatione. C. de colla.
plenissime per D. Tirag. in reper. l. si ynquam in
verbo, donatione largitus. nu. 75 cum seq. C. de ve-
uo. don. Dec. cons. 576. pro resolutione. col. 1. Si ta-
 men sonent in conditione debent probari,
 vt si in mandato diceretur, Si vitæ laudabi-
 lis esse repereris. *tex. solennis in cl. de off. dele.*
& ibi plena. quam laius prosequitur Fel. in ca. fi.
de presum. & ibi addidi.

c *Gratiam.* Et sic mandatum dicitur
 gratia, vt hic patet. idem not. in cap. gratia. de
 rescrip. & cle. gratia. *llo. tit.* De alio mandato
 reprobato, vidè in regula cancel. 2. 4. & de
 hac clausula loquitur glo. in cle. si de benefi-
 cio, in verbo, siue ad nos. de præbend. idem in no-
 minationibus, scripsi in tract. nom. q. 3. idem
 in referuationibus & expectatiuis. *dixi in*
rub. de refer. supra dispensatio etiam gratia
 vocatur. *rex. in c. licet canon. & ibi notat Perus.*
de elect. in 6. & in c. apostolice. de cle. excomm. mi-
nistr. Dec. cons. 541. v. sa. nu. 6. vide infra in ver-
 bo, dispensationum.

*Rescripta
 p. u. a gra-
 tie vsu ve-
 nientia.*

Aliud est rescriptum gratiæ quod no-
 ua prouisio vocatur, & est quando de no-
 uo impetratur beneficium à Papa, & im-
 petranti confertur, de quo in c. ad aures. & ca.
 cum adeo. de rescrip. & nunquam datur no-
 ua prouisio, si semel Roma. pontifex con-
 tulerit. *Prouincial. fol. 60. vers. Item super pro-*
uisionibus.

Aliud rescriptum gratiæ, vocatur ratio-
 ni congruit, vt si impetrauero beneficium
 à Papa Clemente 7. & ab eo solum obtinui
 signaturam, si post mortem Pape Clemen.
 7. volo leuare bullas à successore Paulo

Yyyy

De rescri-
pro rationi
congruit.

3. debent sic expediri, Paulus, &c. ratio-
ni congruit, & conuenit honestati, vt ea
quæ de Rom. pontificis gratia processerūt,
licet eius superueniente obitu literæ apo-
stolicæ super illis confectæ non fuerint,
suum plenum consequantur effectum, &c.
Et istæ literæ possunt dari tam à successore
mediato, quam immediato, quum ratio
diuersitatis in contrarium non assignetur.
Et ista statuit Paulus tertius in regula can-
cellariæ 8. licet Alexa. 6. noluerit à mediato
admittere, vt patet in regulis suis, rub. de signa-
tura gratiæ. Petrus de Vassio in directo. electio.
in 3. parte. ca. 28. & in regula cancella. Innocen. 8.
regula 8. vide Bonifac. in proemio Clemen. 5.
nunc igitur. col. 3. num. 16. vbi dicit fortius,
quod si possit probari per testes prædeces-
sorem pontificem contulisse beneficium,
successor debet concedere bullas sub ra-
tione congruit, quod debet etiam intelligi
quando supplicatio nõ potuit signari, quia
papa facta collatione breui mortuus fuit,
alioqui imputari debet ei, qui non accepit
signaturam. vt plenè dico in praxi beneficia. in
hoc rescripto.

De rescri-
pro perinde
valere.

Aliud rescriptum gratiæ dicitur perin-
de valere quod datur ei, qui dubitat colla-
tionem factam per Papam viribus nõ sub-
sistere, nam tunc Papa vult quod talis col-
latio perinde valeat, ac si principio vera
collatio fuisset facta & valida, & ista clau-
sula non tollit ius interim acquisitum ter-
tio per aliam collationem vel prouisionem.
e. quamvis. de rescr. in 6. hoc expressè tenet Domi-
n. in l. i. col. 2. & in l. 128. factam.

Et non datur hæc gratia super supplica-
tione, nisi literis expeditis, secus in gratia,
si neutri, vel si nulli. Teste Ioa. Staphil. in tract.
de literis gratiæ. fol. 167. & seq. vers. quando ali-
quis, & si hodie quis impetret à Papa, & eo-
dem die quis impetret rescriptum perinde
valere, præferetur nouus & verus impe-
trans isti ficto habenti rescriptum perinde
valere, quia veritas cedit fictioni. l. filio. ff. de
liber. & posth. a. a. conclusit. Cassado. decis. 6. de
concess. præb.

Plura tradit Probus de hac clausula in-
addit. ad Ioann. Monach. in c. ff. de consuer. in 6. v-
bi vide si non graueris. & tex. in l. 2. & vltim. ff. de

nat. alibus vesti. Item aliud rescriptum gratiæ
dicitur subrogationis vt pote quando ali-
quis in ius defuncti, vel alterius perit sub-
rogari. c. si. vt. licet pend. in 6. Fel. in rub. de rescr.
col. 3. n. 6. & quando etiam datur non
colligante, vt est in regul. Alexa. sexti,
rub. de subrog. dixi in tu. proxi. supra. in §. de-
clarantes. in verbo, successores. De rescripto
permutationis, quod est etiam gratiæ, lo-
quitur rub. de verum permut. & dico supra in §.
volumus. in verbo, permutationis. de colla.

Aliud est rescriptum gratiæ frequenti-
simum, quod si neutri vocant, & tunc da-
tur quando sunt duo contendentes super
vno beneficio, super quo eos nullum ius
habere prætenditur, tunc tertius illud be-
neficium, si neutri acquisitum fuerit ius in
eo, à Papa impetrabit si verò fuerint tres
contendentes, impetrabitur rescriptum si
nulli, videlicet ius acquisitum fuerit, vt mihi
conferatur, & in his impetrationib. oportet
exprimere beneficium, quod impetras
scit se habere, Roma. cons. 48. præsentis. & et-
iam beneficii qualitatem, ac modum vaca-
tionis, perinde ac si de nouo impetraretur.
Fel. in c. in nostra correla. 15. de rescr. quia ex hæc
gratia nouus acquiritur titulus. Bar. in d. d. m.
col. vltim. Et in hoc attenditur euentus fi-
nitæ litis, quod ad effectum. de Ripa. in cap.
eam te. num. 27. de rescript. Domin. cons. 29. dom.
Ioa. col. vlt. vbi dicit multas literas si neutri,
impetrari posse, & si primæ valeant, non
valebunt secundæ: sed si primæ non va-
leant, secundæ valebunt. Etiam in his lite-
ris debent exprimi status causæ. c. m. de re-
iud. imò etiam omnia quæ possunt moue-
re Papam ad concedendum, vel denegan-
dum. Roma. decis. 238. impetrans in nouis, Nic.
Milius in reper. in verbo, gratia. §. 90. m. vel
debet, &c.

Aliud est rescriptum in forma dignum
arbitramur, & est quando Papa alicui facit
gratiam de beneficio vacante, vel vacatu-
ro, committendo alicui, quod si impetrans
reperitus fuerit idoneus, quod eidem pro-
uideat, & de hoc loquitur cle. vna. & in glo.
de off. deleg. Fel. in c. postulasti. col. 3. de rescr. &
in c. si. de præsum. sed in Francia rarò vñ ve-
nit & nunquam vidi impetrari. Aliud.

Aliud est rescriptum vnionis, de quo in c. sicut venire de excep. do. in cl. Pet. de Verus in vac. de vni. eccl. in ra. de reuocatio vni. ubi plene. & notabis hæc rescripta gratie, quibus frequentius vtuntur, quam aliis, ideo ea annotare v. iiii.

[Sed si de his & aliis abunde videre cupis bone lector, vide que plenè scripsi in praxi beneficiis, in qua & rescripta ad vacatura, & ad vacantia tractaui, & que in Fracia praxi quotidie veriantur.]

& poenis, à iure vel ab homine, quavis a occasione vel causa lata.

Abolutio in literis gratie potest, in quibus casibus non proficit.

Quavis occasione vel causa lata. Hæc tamen abolutio non prodest, si impetrans esset excommunicatus propter hæresim. Hostien. & alij in c. excommunicatus §. credentes de her. Felin. in c. apostolica. col. 1. de excep. nec etiam prodest his qui commiserunt falsum in literis apostolicis, de quibus dixi in bulla cene Domini. artic. 4. nec impediuntibus nuncios publicos, seu executores apostolicos, regu. cancell. cle 7. reg. 72. & archiepiscopus Floren. in 3. parte sue summe. tit. 24. c. 13. de excomm. §. ii. seq. nec prodest non parentibus rei iudicate, vt est in reg. 77. Pauli pape vni. ubi scripsi. Quid de ventibus literis falsis? ibidem vide. & D. Ruseum in tract. iuris reg. dno. in 20. prouit.

Idem si impetrans in excommunicatione infordeuerit vltra annum, vt in d. regul. declaratur. Felin. in d. capit. apostolica, & quia malè videtur sentire de fide, qui tanto tempore perseuerat. Ita firmat Boer. in decis. Burdeg. que st. 290. duo permittauerunt. dicens ita fuisse in senatu Burdega iudicatum. gl. in c. fi. de penis. doct. in c. de iudic. nisi ista crimina exprimerentur. Domt. Auriol. in c. cum contumacia. de her. in 6. sed pars hæc non solet exprimere, nec papa cõcedere. Imo. anno 1228. & in mense Aprilis, à rege Ludouico sancto fuit edita his verbis. contra istos infordecentes constituto, statuius quod excommunicati, si persistant vltra annum in excommunicatione, quod baillius bona illius mobilia, & immobilia post annum capiat. donec absoluti fuerint, & ecclesie satisfecerint, nec tunc et-

iam nisi de nostro speciali mandato, & sic Regia orsolent impetrari literæ regie à cancellaria, per quas hoc permittitur officialibus bona in tantum regis, non dominorum, baronum, vel aliorum, vt vidi seruari. scripsi in eis post anreper. cap. postulatis. no. 4. de cle. excomm. * I. nuna vende mo ann. 1515. die vlt. Julij fuit monitio abolutio vt absolueret se faceret.

Item non proderit hæc abolutio post actum, ideo in prouisionibus solet apponi ad effectum præsentium duntaxat consequendum. Puto etiam quod non prodesset his qui interfecerunt vel verberauerunt cardinales aut episcopos. c. felicitis. de penis. in c. clem. 1. ibi. tit. plenè scripsi in d. bulla cene Dom. art. 8. vbi contra istos. apposui octo poenas.

tis, si quibus quomodolibet innotatus a existit, ad b effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie c absoluentes, & abolutum fore censentes,

a *Innotatus existit.* Et sic abolutio potest fieri sub conditione. An præsupponat excommunicationem? probatur in l. non vtiq. §. ibi addidi. ff. de excep. §. per Imo. & alios in c. venerabilem. de ele. Lud. Rom. plenissime scribit in l. cum mulier. ff. sol. matr. las. & alij in l. decem. de verb. obl. vbi concluditur quod non, quia solet peti ad cautelam, & bonarum mentium est timere culpam, vbi non est. c. 2. de observatio. ieiunio. Fel. in c. cõ venerab. col. 4. vers. an. & quando reus. de excep. Et sic licet excommunicatus impenitens non possit absolui. c. cum aliquis. n. q. 3. tamen quandoque contrarium seruat, vt hic. nam & impenitens & inuitus hic absoluitur. etiã testis, vt ferat testimonium. Am. But. in c. remiens. 2. de test. Imol. in c. ab excomm. de rescrip. durabit tamen semper peccati vinculum. c. quod quidam de peni. §. remis. & an legatus de latere sic possit absolueret, teque à quibusvis excommunicationis, & c. & ab omni alia excommunicatione. Felin. in c. ad eminentiam. in fi. de sens. excom. tenet quod sic, etiã si abolutio

Legatus in suis literis absoluit.

esset reservata papæ, nisi in septem casibus ibidem traditis per eum, ideo solet in suis literis exprimere hanc clausulam, teque à quibusvis excommunicationis, & c. ut sepius vidi. non potest tamen episcopus non vocata parte absolvere excommunicatum. *gloss. in c. excommunicatos. u. quest. 3. nisi proprio motu excommunicaverit, ut ibidem dicitur. & sequitur Bald. in l. si pacto. col. 1. C. de pact.*

Electio conditionalis & alternatiua collatio, an raleat & acceptatio.

Notandum est quod non valet electio vel postulatio sub conditione, ut eligo talem si episcopus eum elegerit. nec electio alternatiua, ut eligo talem aut talem. nec in certa, eligo talem quem episcopus eligit. *text. in c. 2. de elect. in 6. tum quia actus legitimi non recipiunt diè, nec conditionem regul. actus legitimi. tum quia ecclesia, quæ est sine macula, vota sua diu eludi non est passa. argu. l. 2. C. de spons. etiam quia posset dari via eligendi seipsum: ut eligo quem episcopus, & episcopus illum eligit. arg. ca. quanto. de duori. & alia multæ fraudes posset contingere contra consilium. c. cum in cunctis. de elect. ita Host. ibi, renunciatio etiam non valet, si fiat sub conditione, si placuerit patruo meo, si eidem non placeat, Domi. de Rota. decis. vlt. de renunc.*

Intellige prædicta quando incertitudo versatur circa personam electi, vel circa modum eligendi. secus si incertitudo versetur circa modum vacationis: ut eligo talem ad beneficium vacans per mortem talis, vel alio quouis modo vacet. *Lappus alleg. in 6. in hac. vel si diceret, eligo prout melius de iure possum, tamen non valeret si sonaret in conditionem, ut eligo si vacat. Arch. Domini. & Perus. in d. capit. 2. secus in collatione, quæ bene valet sic, confero si vacat, vel si tali modo vacet, vel tali, vel non expresso modo vacandi, cum hoc exprimere non sit de substantia, quia tacite inest. gloss. & doct. in d. c. 2. Nic. Milus in reper. verbo, beneficium. quest. 1. & quest. 56. Domi. conf. 84. quia istud. col. 2. Mandag. in tract. de elect. c. 26. Fel. in c. cum ex officij. col. pen. de prescri. de Ripa, lib. 2. Resp. cap. 23.*

Non tamen valet, si dicat, si qua præbenda vacat, illam tibi confero: quia certum

quid conferre debet, vel confero si tibi de iure debeatur. *Domini. in capit. d. d. in fine de præbend. in 6. quia collatio pura esse debet, ut supra dixi. & sequitur Fel. in cap. cum congregat. col. penult. offic. deleg. nec valet etiam acceptatio facta si placuerit Regi, vel episcopo, secundum eum ibi. & Dom. in d. c. 2. de elect. in 6. Sed acceptatio bene potest fieri, si mihi debeatur. gl. & doct. in c. 2. in fi. de referri. in 6. & gl. in §. nem. quod ad dictas in verbo, nominatorum. de collatio in prag. sanct. vide Anch. in conf. 413. vlt. a.*

Item presentatio potest fieri sub alternatione, & alio modo etiam incerto, ut dicit gl. in cle. vlt. de iure par. laf. conf. 62. in causa. col. 4. in 2. vol. Curt. in tract. de iure par. in verbo, honorificum. q. 9. & Paul. de ciua. co. tracta in 6. parte. q. 46.

b Ad effectum. Non prodesse ergo ista absolutio quo ad ferendum testimonium. *c. veniens. 2. de testi. nec ut possit celebrare, vel horis interesse, nec ad alia, sed ad effectum tantum impetrationis: ideo non posset eidem conferri ab ordinario beneficium, si ante collationem non fecerit se absolui per cap. postulas. & ibi dicitur ius de cler. excom. ministran. & declarat hoc verbum in rub. de reserva. §. in §. fin.*

c Absolvere. Alioqui non valeret mandatum ab excommunicato impetratum. *cap. 1. de rescripti. in 6. nisi in viginti casibus quos congelsi in reper. ca. postulas. in additio. de cler. excom. ministr. & hæc clausula solet apponi in quibuscunque impetrationibus gratiarum, in literis iustitie non vidi apponi: sed in quibusdam mandatur absolui ad cautelam.*

Quæro an prosit hæc absolutio si impetrans non procurauerit absolui, & tempore vacationis beneficii ac collationis sit excommunicatus. illi quæ sit facta collatio, an possit videri quod prosit, quia hic absoluitur ad effectum præsentium consequendum, effectus mandati est collatio, ergo ad hoc proiuderit absolutio: alioqui mandatum non prodesse. In contrarium videtur, quia absoluitur, ut impetratio valeat d. c. 1. & dixit d. taxat, alioqui remaneret in sua protexitate.

uitate, quod esse non debet. *c. vt clericorum de vita & honest. cler.* cum habeat mensam antequam possit acceptare, intra quem petere absolutionem poterit. si non petat, imputetur eidem, si poterat eam obtinere, alias præberetur via contemnendi clauas ecclesiæ, cui est obuiandum. *c. grau. de penis.* & daretur materia delinquendi, quod, summo opere iura abhorrent. *l. conuenire. ff. de pac. doial. c. ex parte. de verb. sign. & absoluti ad effectum præsentium consequendum.* quod debet intelligi si fuerit capax tempore vacationis beneficii. nam si interim mandatarius committeret homicidium, non posset tempore vacationis beneficium acceptare, sic nec hoc casu quando non est capax per excommunicationem. Fortè est excommunicatus post impetrationem, & tempore quo beneficium ei confertur.

Differentia est enim impetrationis vacantis beneficii, & vacaturi: quia impetratio vacantis beneficii valet cum hac clausula sine alia absolutione. secus in mandato, & in literis ad vacatura, ne duo specialia concurrant. *l. i. c. de dotis promiss. videlicet, vt valeant literæ mandati, vt possit habere beneficium sine alia absolutione, quod non est dicendum. facit. c. gratia. de rescrip. in 6. non potest de præbend. illo lib. vbi licet impetratio valeat, tamen non propterea erit habilis impetrans in aliis. imo quando dependet à potestate excommunicati, vt possit absolui, & non curat, non debet eidem prouideri de fructibus beneficii, etiam quantum ad necessitatem vitæ, nisi in mortis art. gloss. & doct. in cap. pastoralis. in gl. vlt. de appell. Archid. & Præb. in ca. præter. 32. dist. Facit quod si excommunicatus impetret rescriptum super consecutiuis causis, & dependentibus, valebit, non poterit tamè actus in iudicio postea facere, nisi sit absolutus, videlicet producere testes, & alia facere. Ioan. And. in regula vtile. de regu. iur. in 6. in mercu. doct. in c. i. de rescrip. illo lib. sic nec iste excommunicatus poterit acceptare, vt ius consequatur, antequam sit absolutus, licet mandati impetratio teneat, quia licet excommunicatus admittatur ad se*

defendendum, tamen si possit obtinere absolutionem, repellitur. *Card. & alii in cap. ab excommunicato. de rescrip. Fel. in ca. intelleximus. de iudi. & an quis possit probare absolutionem ab excommunicatione, vt beneficii impetratum obtineat per solum suum confessorum. tradit Cald. conf. 2. an supponatur. rub. de test. quod non, tum illum videro.*

nec non a omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ præfatus. N. etiam ex quibusuis apostolicis dispensationibus b obtinet & expectat: c ac in quibus & ad quæ ius sibi quomodolibet competit, quæcunque, quocunque & qualicunque sint, eorumque d fructuum, reddituum.

a *Omnia & singula.* Quoniam multa per surreptionem solent euenire. *c. trās marinos. 98. dist. ideo hæc clausula tollit surreptionem. nam teneretur alias impetras beneficium quantumcunque modicum exprimere. c. si motu proprio. de præb. in 6. ca. ad aures. & c. si proponente. cum sum. de rescrip. Alioqui mandatum esset nullum, & alia quæuis impetratio apostolica, vt ibi. Ernot. Fel. in ca. nonnull. colu. 7. & c. in nostra. plenè per illum rex. corre. 9. de rescrip. per l. qui iure. de test. mili. & c. i. de ransact. Facit quod expressum dicitur etiam in genere. Bar. & alii in l. i. ff. de vulg. & l. prætor. §. i. de no. oper. nunc. & hæc expressio valet, vt ibidem dicitur, & valet hæc expressio generalis, tantum, quantum si singula expressim enumerarentur. *rex. sing. & ibi gl. in l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. anno las. in l. i. in fin. ff. si quis in ius voca. non ierit. & dico fultius infra in verbo. pro expressis.**

Nota tamen quod aliquando inuenitur in literis, tibi, qui vt asseris, in decimo tuæ ætatis anno es constitutus. *[c. cum venissent. de eo qui mittit in possess. c. i. & 3. de offic. deleg. ca. iur. iur. vbi Barb. de proba.]* & tunc oportet probare asserta in bulla, & nisi ita sit, gratia surreptitia reputatur, secus si impersonaliter dicatur, vt asseritur, *argum. auth. ff.*

Absolutio an possit per confessionem probari.

De verbis vt asseritur, & vt accepimus.

quando. Cod. de constitut. pecu. Rota decis. 74. nota quod ubi alicui. Et decis. 272. nor. quod si ponatur in antiq. Et decis. 6. rub. de preben. Sic consuluit Cardin. in cons. 69. vacante colum. vlt. Et Cassado. in dec. vlt. de iure patron. Et de stylo curie Rom. est quod quando impetrans est supplicans, dicatur in literis, vt asserit, quando duo supplicant, vt asseritur, vel vt asserunt. cap. ad hoc. de rescript. vt in permutantibus. quando vero alius pro eo supplicat, dicitur, vt accepimus, vel quando motu proprio Papa facit. cap. cum cler. Et seq. de part. cap. ex literis. de pign. teste Prouincial. curie Roma. fol. 55. ver. uenit no. quod vt asserit, Et c. De verbo, vt premititur, quid significet. explicat gloss. Et ibi doct. in cap. cupientes. §. quod si per virginum. in verbo, priuatis, de electio. in 6.

b Obtinet.) Tunc dicitur obtinere, quando habet ius in re. Arch. in ca. signati. sol. de reser. in 6. Et sic non dicitur quis obtinere beneficium ante collationem & acceptationem, nec tunc dicitur valere in curia. Domi. Et Perus. in c. pre. senit. de preben. in 6. vnde si electus non confirmatus moriatur in curia, beneficium non vacabit ante confirmationem, per mortem suam. teste Aret. in c. super his. colu. 3. num. 17. de accus. vide gloss. Et doct. in clem. si Romanus de preb. alteram gloss. in verbo, literas §. supra tit. prox. Idem in verbo, pertinere. Anch. in c. pre. senit. Et c. se. de preb. in 6. Dixi in verbo, pertinentem. Si supra tit. prox. Item. Et ibi doct. in c. gratiosè. de reser. in 6. Et de Rota decis. 274. in antiq. dixi in gl. obtineat in §. volumus. de coll. supra.

c Expectat.) Eo apponitur, quia tam de iure in re, quam ad rem, est facienda mentio in literis gratiæ. c. in nostra. de reser. facit c. 2. de filiis presb. vbi in secunda dispensatione cum certa moderatione concessa, licet non tribuat ius etiam ad rem, sed impetrans habilis fit, quis tenetur facere mentionem primæ. quod est not. & de hoc satis dicitur in d. c. in nostra. Et per Pan. in c. veniens. num. 16. de prescrip. & sic propter hanc clausulam valebit mandatum secundum, etiam non facta mentione primi, licet alias contra. in cap. Anobis. in fin. de rescript. in 6.

Nicolaus Milus in verbo, gratia. 96.

Et quando mandatur prouideri, & si clausula non sit alicuius ius quæsitum, intelligitur de simonia iure in re, non ad rem. Cald. cons. 8. in fin. de licentia rescrip. et om. cons. 25. cap. approbo. in si. anno. lino. Et queque alii in c. causam. de reser. p. per tex. in ca. vlt. de concess. preben. in 6. Felin. in cap. mandatum. in 5. de reser. canon. Et gid. de bella. mera. in cons. 34. supposito. col. non tenet non tolli per hanc clausulam ius quoquo modo quæsitum, etiam ius ad rem. ibi vide fusi. n. Primum tamen commune est quod sequitur Felin. in cap. super literis. colu. 7. ver. 5. regula. Et ca. causam. colu. 11. de rescript. vbi etiam declarat, quando Papa dicit, non obtinere collationem, debere intelligi de inualida. & per hanc clausulam Papa declarat se nolle præiudicare iuri tertii. regal. cancel. 16. vbi dicitur in impetrationibus apostolicis solere apponi. & operatur quod si non fiat mentio possessionis colorate, valebit tamen impetratio cum hac clausula, licet alias non valeret text. Et ibi Ioan. Aud. Et lino. in c. cum nostris. de concess. preb. Et in ca. literas. ibid. no. in c. quannuis. de reser. in 6.

d Eorumque fructuum.) Quia verus valor tam beneficii impetrati quam illius quod impetratur, debet exprimi. Et cap. in nostra. Plene Felin. in cap. ad aures. ibidem. de valore exprimendo, dixi in nota. nomina. 99. Et in §. supra. de mand. Apostol. hic non reperitur.

& prouentuum veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum et tenores.

a Dispensationum.) Impetrans secundam dispensationem, tenetur facere mentionem de prima, & idem in aliis prouisionibus à Papa, vel legato sibi factis. ca. 2. de filiis presb. in 6. c. rle. de offi. leg. eo. lib. secus si fiat ei prouisio ab ordinario. clem. vlt. de offi. prima. Et ordin. Et dixi supra eod. in gloss. expectat. nisi impetrauerit indultum à Papa quod in aliis impetrationibus apostolicis non tenetur facere mentionem. ita consuluit cuidam spurio legitimo. Fallit etiam quando Roman. pontifex vult dispensationes

iones haberi pro expressis, & earum tenores, prout hic, vt fictio tantū operetur in ea, fictio, sicut veritas in casu verō. l. si hō. ff. de lib. & posthūm. Item si aliquis sit dispensatus, vt pote illegitimus, ad vnum beneficium curatum, non poterit permutare cum alio curato, sed dispensatio intelligitur de primo. cap. non potest. de preben. in 6.

Item quando dispensatio additur dispensationi tenetur quis in secunda mentionem facere primæ, secus si non adderetur dispensationi, vt si cum illegitimo, vel homicidia sit dispensatum: vt non obstantē dicto defectu possit beneficium ecclesiasticum consequi, si ipse postea impetraret beneficium non facta mentione illius dispensationis valebit impetratio, cum nō sit noua impetratio, sed executio dispensationis factæ. v. firmant Io. And. & Perus. in c. vlt. in si. de filiis. presb. in 6. ego velle in mentionem facere, vt lites omnino euitarentur.

Item dispensatus ad duo beneficia intelligitur de duobus primis. per d. c. non potest, quod est intelligendum quando ea habuit cū effectu, alioqui si duo fuerit proleptus in iudicio, & super illis succubuerit, poterit alia duo habere. teste Ancha. in c. 2. de filiis presb. lib. 6. Bal. in ca. olim. colum. 2. de refer. d. xi. in l. boues. ff. de verb. sign. Regia. bella. mera. cons. 32. pro introductione. Et ista fuit opinio Arch. in c. de filiis presb. lib. 6. quæ semper in curia Romana, & palatio Apostolico fuit seruata, teste Regid. de bella. mera. deci. vlt. Ideo solet apponi in dispensationibus quod loco dimissi vel dimissorum possit aliud, vel alia, simile, vel similia recipere. Et quoties sibi placuerit, illa dimittere, simul, vel successiuè, simpliciter, vel ex causa permutationis, & illis dimissis aliud, vel alia, simile vel similia, vel dissimilia recipere, & quoad vixerit retinere, & c. sic consulti: Domin. cons. 97. Titius habuit, & c. Dec. cons. 169. & diligenter. colum. 1.

Et si huic dispensatio conferatur vnum beneficium à Papa antequam illud acceptet, ordinarius illud conferre non poterit, quia non est liberum, & si ordinarius contulerit, antequam ille acceptet, non tollitur illi facultas acceptandi. per cap. si

tibi absentis. de preben. in 6. Tamen contrarium fuisse iudicatum mihi relatum est, anno 1534. in vigilia Purificationis. & hæc dispensatio non retrahitur, prout consulti: Oldr. cons. 325. thoma. colum. 2. & ad petendum eam requiritur speciale mandatum. Pan. in c. innotuit. col. 2. not. antepen. de elec. potest tamen à superiore concedi motu proprio. Pan. in c. cum in cunctis. §. 1. col. vlt. de elect. vide doct. in c. non nullus. §. vlt. de refer.

Et qui dispensationem allegat, illa probare debet. ex. in cap. cum Vincomensis. & ibi Card. 3. no. de elec. & c. si. de schismaticis. vbi idem Card. nota.

Quæro an dispensatus per legatum vt ^{Legatus nō}plura possit obtinere beneficia, possit ea ^{dispensat}obtinere extra territorium legationis: ^{extra lega:}Decius consilio 207. pulchrum. consulti: ^{tionis ter-}quod sic, per aliqua fundamenta satis de- ^{ritorum,}bitia. Sed ego tenerē cōtra. per text. in l. i. ibi, ^{contra De-}potest autē non exercet, nisi in ea pro- ^{cium.}uincia sola, q̄ ei decreta est. ff. de off. procons. & leg. gl. in c. dudum. 2. in verb. in iulian. de elect. & ista opinio tenuit Io. And. Domi. & Perus. in c. cū ex eo, in verb. subiectas. de elec. in 6. nam Papa qui habet maiorem potestatem quam legatus, quando legitimat aliquem, non legitimat extra terras ecclesiæ ad succedendum. Bal. in l. i. c. de iure aureo. anulo. Ferr. cautel. i. facium. no. per doct. in l. i. c. de sum. Trinit. & limitatum est legato territorium, ergo extra non poterit. arg. l. fin. de iurisdict. omnium iud. & l. in agris. de acq. rerum dom. & adducta per doct. videntur tolli per Bart. in l. pupillo. ff. de iur. & curat. datus ab his. gl. in l. non solum. §. qui in testamento. de execut. iur. & ego ipse sigillarim respondebo, cum operæpretium tuerit.

Itē legitimatus per impetratorē nō succedit in bonis in terris ecclesiæ sitis. Lud. de Sardis. in trac. de legitimatione. in §. de legitimationis. per rescriptum effectum. q. vlt. Sic expressim tenet Chassaneus, in consue. Bur. in §. 16. in gl. i. rub. des mains mores, vbi plene probat, tu illum videto. [Quamuis Philip. Probus teneat contrarium in c. officii. de off. lega. in 6. quia dispensatio respicit personæ habilitatem, non locum, ideo ego conciliarem sic, quod legatus potest dispensare cū suo debito ad]

dup

Classula
1600 anni
16.

duo beneficia, quæ postea poterit obtine-
re dispensatus etiam extra provinciam le-
gati, quia est habilis quocunque se vertat,
& ita intelligatur sententia Probi.

Sed si legatus vellet dispensare cum nõ
subdito, non posset, utpote si legatus Aue-
nionen. vellet cum Hispano, aut Gallo
dispensare non commemoranti Avenione,
vel in provincia legati, & tunc non posset
vt ita intelligatur supradicta opinio, per ea
quæ not. Hippo. in l. fina. ff. de iurisdict. omnium
iudi.]

Potestas le-
gati reci-
pienda.

Notandum est, quòd quando legatus,
vel alius, virtute specialis potestatis sibi
concessæ dispensat, quòd debemus recipe-
re, & custodire literas, non solum dispen-
sationis, sed etiam potestatis sibi concessæ.
Pan. in c. fraternitati. de schisma. & in c. quòd su-
per. col. 2. de fid. instr. gl. & doct. in c. cum in iure.
de offi. deleg. Et an sub generali dispensatio-
ne ad quæcunque beneficia etiam si curam
habeant animarum, intelligatur facta dis-
pensatio ad beneficia in cathedralibus ec-
clesiis existentia, quod sic, tenet Do. in c. 1. de
filiis presb. & las. conf. 104. circa. col. 2. in 1. vol.

Dispensatio
non datur
per breue,
& sine cau-
sa facta nõ
prodest.

Notandum est quòd nunquam dispen-
satio datur per breue, nec rehabilitatio, vt
in reg. Alex. Papæ 6. continetur in rub. de si-
gnatura gratiæ, & hæc dispensationes si fiant
sine causa, dispensatus non erit tutus quo
ad Deum gl. sup. in c. non est. de voto. quàm ibi
sequuntur doct. & Pan. in c. significasti. num. 8. de
ele. & in c. cum adeo. de rescr. & in ca. exirpan-
de. in repe. & qui verò. col. 12. de preb. Arch. & alii
in c. licet. canon. de ele. in 6. Perus. in rub. de rescr.
col. vlt. lib. 6. Oldr. conf. 325. thema 4. questionis. col.
1. & conf. seq. Arch. conf. 313. nisi legib. in fin. glo. in
verb. postulasti. si cui rei. de coll. in pragm. Felin.
in c. ad audientiam. 2. col. 4. vers. nihilominus. de
rescr. & in c. postulasti. col. 10. vers. quatuor cas-
sus. de rescr. & idem tenent theologi, quos
refert Adria. de Traiecto. in quest. 6. quoli-
bet artic. 2. & Asten. in sua summa. rub. de dis-
pens. lib. 6. titul. 2. artic. 4. quibus assentit
Ang. in summa angeli. in verbo, dispensatio. §.
etiam si fiant à Papa: qui ex officio sibi
commissio tenetur facere sicut bonus dis-
pensator, fidelis, & prudens, vt Luc. cap. 12.
dicitur. Fidelis servus & prudens, quem

constituit Dominus.

Vbi primò declaratur fidelitas, videli-
cet vt in dispensando habeat rationem ad
bonum publicum. Aliàs dicitur infidelis.
Florent. 1. parte summa. tit. 17. ca. vlt. Pan. in d. §.
qui verò. col. 13. Dec. conf. 602. viso punto. col. 3. &
seq. ubi plenè dicit.

Secundò, ponderositas (vt dicunt) vide-
licet vt dispensans prudenter consideret
causam rationabilem, & qualitatem per-
sonarum, ibi, prudens. Nam dispensare est
diuersa penfare. gl. in c. requiritis. §. nisi rigor.
i. q. 7.

Tertiò, requiritur potestas super eo, cù
quo dispensat, ibi probatur, quem constitu-
it dominus. Ideo legatus non dispensat si-
ne causa, etiam in illis casibus, in quibus
Papa posset. In in c. dudum. in 2. in fi. de elect.
Fel. in d. c. postulasti. vers. quatuor. & episcopus
& archiepiscopus sine causa dispensantes
debent deponi, si accusantur. cap. 1. & vlti.
dist. Pan. & Imo. in c. de multa. de preb. Felin. in
constitutis. col. 8. de rescr. sed bene multi ho-
die deponerentur. idem si ex falsa causa.
Old. conf. 256. Clemenens.

Iustæ dispensationis causæ sunt necessi-
tas. c. tali. i. q. 7. Pan. in c. de multa & ca. quanto. in ca. de
decran. l. episc. c. quod pro remedio. i. q. 7. Vitilas. §.
gl. in c. vt constitueretur. 50. dist. cap. ipsa pietas. in
fi. 23. q. 4. Iac. Bonau. in add. ad Ioan. de terra ra-
bea. fol. 105. concu. 9. Personæ etiam qualitas.
cap. didici. & cap. tali. i. quest. 7. cap. de multa.
de preben. Item religio. cap. monachus. 77. dist.
cap. cum illorum. de senten. excom. Ipsa pietas
gloss. & doct. in c. requiritis. §. nisi rigor. i. q. 7. &
aliæ causæ ad istas reducuntur. Nec est o-
mittendum, quòd dispensatio differt à pri-
uilegio, quia hoc sine causa conceditur,
dispensatio cum causa, vt proxime dixi, quia
existente falsa vitatur. Pan. in cap. quia circa.
col. 2. de consang. Dec. conf. 681. in causa. col. pen.
& conf. 695. in c. 12. & hæc dispensationes liti-
etè sunt interpretandæ. c. 1. de filiis presb. lib.
6. gloss. in verbo, dispensationes. cap. ordinari. de
offic. ordin. in 6. nisi in calu posico infra in gl.
motu proprio in 4. effect. & per Panon. in cap.
fin. de sumo. & las. in l. si ua scrip. cum infra pre-
cipii. ff. de lib. & posthu. & per Felin. in cap.
postulasti. colum. unum. 9. de rescr. p. & nisi
accretit.

accrefcit. Bal. in l. col. 1. c. de indist. vidui. colle. in tantum, quod non fiet extenfio ad casu etiam habentem maiorem rationem. c. fi de tr. m. l. epif. Pan. in c. ad aures. col. 1. 2. de refcrip. Ideo difpenfatus, vt non obftante defectu ætatis poffit habere beneficium curatum, non intelligitur difpenfatus fuper admiffione bonorum, nifi aliud appareat ex voluntate principis. Arch. in c. 1. de æta. & qual. in 6. Fel. in c. edoceri. col. 2. de refcrip. Ror. in acci. 136. voluerum. in nouis.

quod ifta ram facilis difpenfatio totum delruit orbem, hærefes generat, templa fubuerit, pauperes necat, doctos miferos reddit, fcandala nutrit, ftupidos in voluptate alit, adulatores allicit, literarum ftudia contemnere facit, bonos occidit, & vt paucis dicam, eft omnis penè mali fepinarium, videmus enim hos fic diffipatos tres vel quatuor vnam deglutire regnum, quid ifti tres boni vltra alios fecerunt, ignorat totus mundus.

Difpenfationis multa incommoda.

præfentibus pro expreffis a

a Pro expreffis. Hæc claufula operatur, vt omnia, quæ in mandato debebant exprimi, per hæc verba censeantur expreffa, ac fi fpecialiter & nominatiim expreffio facta fuiffet, & quod non fit opus alia expreffione, teftis eft Felin. in cap. in noftro. correla. o. de refcrip. vbi fe remittit ad ea, quæ plenè fcripfit in cap. nonnulli. illo tit. quod dictum pulchrè profequitur Dom. Auriol. in additio. ad Guillel. de monte laud. in cap. fimoru. de præbend. in 6. Dec. confil. 373. vifo confil. col. 2. num. 9. & confil. 341. vifo puncto. col. 1. ac confil. 542. vifa. col. 2. quod eft repetitum. conf. 695. vifa. col. 2. Et hoc fit per fictionem, contra quam non potefit contrarium probari, videlicet quòd non fint expreffa neceffaria, clem. licetis. de proba. gloff. in l. confectum. ff. de iur. codicili. Docto. in l. firs qui. de ruficap. Nec facta prodeffet. l. retro. & l. in omnib. ff. de cap. l. vna. in princ. Cod. de rei vxo. actio. Bonifac. per illum text. in clem. vna. §. 1. col. 2. de conceff. præben. Et hæc claufula eft valdè neceffaria, tam in priuilegiis refcriptis, quam in confirmationibus priuilegiarum, & habet vim fpecialis derogationis, & expreffionis, quando dicitur, cuius tenorem vel tenores volumus haberi pro expreffis, etiã fi ad verbum de illo vel illis effer facienda mentio. l. omnes. & ibi gl. C. de præfc. 30. vel 40. annorum. Fel. in c. nonnulli. col. 7. verf. addatis. de refc. & in c. humanum genus. col. 1. pen. 1. diftin. Vide quot modis fpecificatio poffit fieri, pulchrè per Barb. conf. 25. fcribitur. col. 9. & feq. in 1. vol.

Claufula pro expreffis habentes quid operatur.

Contra difpenfationes que mundum destruumt.

Idem fi dicatur, non obftantib. quibuscunque priuilegiis, vel constitutionib. sub ZZzz.

Difpenfatio quando extenditur.

De difpenfatione forfan vel forfan.

Extenditur tamen ad neceffaria confe-cutiua. gl. in c. quia in tantum. de præb. in Felin. abundè in c. poflulafli. de refcrip. & Probis in addi. ad Io. Monach. in d. c. vno. col. pen. de æta. & qual. in 6. ideo illegitimus difpenfatus, vt poffit promoueri ad ordinem epifcopalem, videtur etiam difpenfatus ad minores. Bonif. in cle. 1. nu. 34. de præb. plenè Felin. in d. c. poflulafli. vide lo. de Lopis. in repe. l. fi pater. nu. 225. cum feq. C. de her. inft. Dec. in c. a. i. clerici. §. fi. de iud. Vidi dubitari de eo qui erat difpenfatus ad tenendum ecclefiam fancti N. Quæ forfan parrochialis exiftit, vel forfan erat natus ex confanguinea, an valeant ifta refcripta, dicere quod fic, quia forfan, vel forfan etiã eft nota afectionis, ideo Papa videtur difpenfaffe, ac fi nõ dixiffet forfan, vt in eu. angelio, fi cognofceretis me, forfan & Patrem. gl. in c. fuper literis. in verb. nifi forfan. de refcrip. in c. nifi in verb. forfan. de renun. §. in c. 2. de refcrip. gloff. in l. fi duo. ff. de recep. arb. cle. ne Romani. §. iure. de ele. l. fi rem mobilem. ff. de acq. poff. c. fi. de refcrip. Collet. in c. quòd per nouale. col. 3. de ver. fig. gl. in c. 2. in fi. vt lit. nõ core.

Originem difpenfationis, & quotuplex fit difpenfatio, & alia multa vide per Specu. in tit. de lapfis. & difpenfat. §. 1. & 3. & de difpenfationis ad duo incompatibilia cum fimplici fignatura beneficia poffidens eft tutus, nec poffunt impetrari, teft. Dom. Gomf. in q. 1. fuper regul. cancell. de non iudicando, iuxta formam applicationis, & ita feruatur in Francia, & per hoc facit gloff. fing. in clem. dudum. in fm. in cap. verbo, de fepul. imò in foro confcientiæ illum effer tutum, fcripfi etiam fi adipifceretur poffeffionem cum fignatura. in repe. cap. poflulafli. in gloff. 1. de cler. excomm. Vnum tamen dolens dicam

quavis forma vel expressione verborum concessis, de qua clausula est tex. in c. si. in fi. de sen. exc. in 6. quem tex. no. Are. in c. 1. colu. 6. de reser. & idem si diceretur, non obstantibus quibuscuq; privilegiis, etiã si de ipsis esset facienda mentio specialis, & de verbo ad verbũ (vt dicunt) & infra hoc modo exprimitur in fine huius forinze. ca. vt officium §. compescendi de her. in 6. Alioqui si Papa vellet derogare privilegiis multis, necesse haberet illa omnia exprimere, tã à se cõcessa, quã à prædecessorib; quod ferẽ extenderetur ad infinitũ, vt dicit Pede. conf. 47. habita. & ista est communis opinio, ieste lo. de Ana. in conf. 56. his que in facto. col. 2. laf. & alii vult. sed & si quis §. que si cum no. i. ff. si quis cau. & ita se habet stylus curie Romane. Ann. de Butrig. conf. 2. lo. And. in c. vno. de excess. prel. in 6. Angel. conf. 274. non est dubium. Gem. conf. 65. discuti. am. col. antepe. & conf. 120. quia in facto. Alexan. conf. 215. nec arguendũ sumus. colu. 7. lib. 2. Nam scriptum, ad quod fit relatio, perinde censetur, ac si expressum fuisset specifice in scriptura, quã ad aliam refertur. I. ait prætor. §. i. ibi. sic accipiendum est quasi quantitatem nominauerit. ff. de re iud. l. asse. ff. de her. red. insti. c. cum venerabilis. §. i. de except. & si aliud diceremus, sequeretur quod Papa & princeps possent sibi auferre per indirectũ potestatem reuocandi legem, vel priuilegium à se concessum, nam si haberent expressam facere mentionem illius priuilegii, non recordarentur, & illud fortẽ non inueniretur. ideo ipsi non possent derogare, quod est absurdum, vt tenet Pan. in c. cum instantia. col. 2. de cens. Fed. d. conf. 47. & Collect. in c. cum dilecta. col. i. de reser. laf. in l. prætor. col. 3. ff. de no. oper. nun. & Card. conf. 52. Gregor. col. 2. & conf. 102. super facto. col.

Ita licet procedant in legibus, statutis, vel rescriptis seu ordinationibus principũ, quia satis habetur pro expresso illud quod lex vel princeps voluit haberi pro expresso, nisi vt superius dixi in gl. exprimenda. in §. 2. de nomina. reg. tamen secus est in actibus priuatorum, quia partes non possunt facere, quod habeatur pro expresso illud, quod specialiter exprimi debet. ca. quia ad egredium de procur. in c. l. sed & si quis §. que si-

sum. & ibi not. ff. si quis cauio. ideo cause grauaminis in interlocutoria non possunt haberi pro expressis à partibus. Alex. in l. quicquid in 2. col. ff. de ver. obl. Ang. conf. 249. Philippus sic consuluit, etiam in diuisionis instrumento. laf. conf. 173. circa primum. in fin. vol. 4. quia quamuis princeps & lex possunt fingere, non tamen homo priuatus. Bartol. in l. si quis pro. ff. de vsucap. per reor. in l. si foris. de castren. pecu. Are. in d. c. colu. 6. vers. his tamen non obstantib; de reser. nisi apponeretur in actu, in quo priuatus haberet plenam potestatem, vt in testamentis. l. si quis. in prin. & ibi Bar. ff. de leg. 2.

An legatus de latere possit hac clausula vti? plene tradit Paulus Rosel. in verb. legatus. in re. per. Are. quod non, & si veretur nõ prodest. Et nisi concessum fuerit ei à Papa, & videmus in reuerendissimo do. Varallo. Francia legato. J.

Secundo fallit vt per Rom. conf. 327. Iste sunt rationes. col. 2. & per lo. de Ripa. in c. 1. num. 80. cum seq. de reser. Fel. in c. sedes. col. 8. vers. intellige secundo. & in c. cum dilecta. colu. 12. vers. amplia. §. alio tunc Card. conf. 136. factum. colu. post. Car. conf. n. rub. de priu. Dec. conf. 165. vsq; remore.

Tertio, fallit quo ad ista concordata, quia hæc clausula pro expressis, &c. nihil operatur, quo ad hoc, vt hic concordatis per hanc clausulam derogetur, vt in §. 1. vers. illam. de forma. & irreuoc. concord. stabilit. infra.

Quarto, hæc clausula non operatur circa illa, quã Papa non vult haberi pro expressis. Nam hic tantũ vult haberi pro expressis omnia beneficia, quã mandataris obtinet, & veros valores illorum, ad dispensationes, & illarum tenores. Ergo si impetrans mandatum sit minor, vel aliam habuerit inhabilitatem, necesse est quod exprimat, alias non valet mandatum, vt scripsi in regul. cancel. 18. vbi vide. Intellige nisi suppleatur per clausulam sequentem motu proprio, & in quib; casib; poterit suppleri, vide gl. seq. Et ann. 1539. in vigilia assumptionis beatæ Mariæ fuit reprobata dispensatio, in qua non erant expressa beneficia, quã impetrans possidebat, licet ista clausula pro expressis esset in dispensatione descripta.

descripta, & eodem arresto continetur, quod clausula derogatoria non tollunt disposita in his concordatis. alia vide in cap. nonnulli. de res. nu. 6. & seq.

In mandatis que sunt exprimentanda.

Quæro quæ sint in his mandatis & aliis impetrationibus exprimentanda? Resp. gl. in c. super licet. in verb. licet. de reser. Et Fel. in c. in nostra. ibidem late explicant. Ideo putare sufficere, vt nunc ad eos reuiceret. Tamen quia nec omnes eum habent & vt breuius comprehendam quæ ibi dicit, & vltra eum aliqua addâ, dico primò exprimentû esse in mādato, seu alia impetratione ad beneficia, quod impetrans est clericus. c. ad eo. de resc. c. ex literis. de transa. D. cons. 38. pro clariori. col. 1. & hoc est de stylo curiæ Romanæ, vt dicitur doct. in d. c. ad eo. & Peru. in c. si pro clericis. col. 1. de presb. in 6. tamē secundum alios ordines non sunt exprimentandi, etiam si illa beneficia requirent certum ordinem à iure, secus si statuto, fundatione, vel cōsuetudine. Imò etiam presentatio facta de nō clerico ad beneficiū ecclesiasticum, nō valet. Nic. Mil. in verb. beneficium, in fin. vide plene Paul. Paris. cons. 125. an collatio. col. 1. volu. 4. Et cognoscuntur clerici in tonsura. c. duo sunt. 12. q. 1. de. 2. & ibi gl. de vita & honest. cleri. etiam cognoscuntur in forma vestimentorum. c. clerici. vlt. de vita & honest. nam duo colores sunt eis prohibiti. de cle. 2. Item, in qualitate negotiorum. rub. ne cler. vel monach. Par. in c. contingit. 2. de sent. exc. vide quæ scripsi in tracta. de pacif. possess. in 10. limita. nu. 286. cum seq.

Impetrans debet dici resecle-ri-um.

Clerici qui modos cognoscantur.

Vilius an officium vel benefici-um patrum habere possit.

Secundò debet exprimi, si sit spurius, & qualitas spuriæ. Fel. in c. postulasti. colu. 4. de resc. per sex. in c. 1. de filiis presb. in 6. Tertiò, debet exprimi quod non est beneficium paternum, alioqui non debetur. Ideo mortuo patre, qui habebat beneficiū in ecclesia, non debetur illud beneficiū immediatè filio, etiam vigore mandati apostolici, ne videatur successio in beneficiis, siue filius sit legitimus, siue illegitimus. c. 2. c. ex transmissa. c. cum decorè. de filiis presb. Dec. in c. inter ceteros. 2. nota. de resc. & sic facit contra illos, qui petunt sibi conferri beneficia, eo quod plures de sua familia habuerint. Nam hæc ratio ne beneficia iure hereditario dentur, facit quod repelli

debeant. Pan. per illum. c. in ca. vne abilem. col. 5. n. 15. de elect. in eadē tamen ecclesia non prohibetur filius habere beneficiū, vbi pater habet. Cald. cons. 1. rub. de filiis presb. nec est facienda mentio, quod ibi pater habeat beneficiū vel præbendâ. Secus in officiis, quia suprema curia non solet recipere filium alicuius senatoris, si datū fuerit aliud officiū eidem filio in eadē curia, si non fuerit expressè facta mentio quod pater ibidē habeat officiū simile. & hoc etiā prohibet in fratrib. lex regni, rub. des. Presidens & Confessarius. art. 46. in ord. regis. vbi dico rationē vtriusq; & dispensationem à rege requiri, non tamen si impetraret officiū paternū, vt ibi dixi. vide quæ abundè scripsi in praxi beneficia. in resc. dispensationis.

Duos fratres in eadem curia recipi non debent.

Quartò, intrusio etiam debet exprimi. c. cum iam dudum. de præb. ne intrusi sint melioris conditionis, quâ alii, qui iustè affecti sunt beneficia. gl. in c. c. qui. de præb. in 6. Aufr. in dec. Thol. q. 483. quidam nobilis. Et intrusus dicitur propriè is, qui non intrat per ostiū, sed ascendit aliunde. rex. solen. in ca. relatiū. in prim. de iur. pat. & aliis modis, de quib. per Fel. in d. c. in nostra. cor. vel. 2. c. veniens. de accus. & scripsi infra. de pacif. poss. in gl. intrusus.

Intrusio ex primi debet.

Quintò etiam de fructibus receptis ratione iniustæ detentionis debet fieri mentione. lo. And. in addi. ad Specul. in tit. de lapsis, & cepi dispensatio. S. dicendum restat. vers. sed pone aliquis. & hoc quando ex perceptione fructuum fuit factus inhabilis, vt dicitur in cap. quisquis. de elect. alioqui secus. Hostren. in ca. dudum. in 2. de elect. & ibi Ioan. And. & alii. in gloss. furum. Inol. in c. postulasti. colum. pen. de rescip. nisi in ecclesiæ utilitatem fructus conuertisset. Nic. de Milis, in verb. gratia. q. 16. Aufr. in decisio. Tholof. q. 483. quidam nobilis. Felin. in d. cap. postulasti. col. pen. vbi plenè distinguit, quod si quis illicite per potentiam secularem occupauerit beneficium, & receperit fructus ex illo, & postea illud impetrauerit non habita mentione fructuum non valebit impetratio. & idem si aliud impetrasset, sed si ipse propria temeritate occupauerit sine laicorum potentia, quia non est factus inhabilis, & aliud impetra-

Fructus iniuste percepti deprimi debent.



uerit, valebit impetratio: secus si illud quod occupauit. Ita Felin. videtur distingueri, ubi supra, quod est notandum. vide *Ca. fact. decis. 6. de preb. & decis. seq.* [Et sic tenetur quis exprimere beneficium, quod inuaserat, secus si iuste impetrat beneficium, & non facit mentionem alterius beneficii quod inuaserat, quia tunc eo iure impetrato non priuatur. teste Felin. in d. c. postulasti. col. pen. de reser. vide *Agid. de Bella mera. in c. dudum. 2. col. ult. de elect.*]

Modicum est etiam beneficium exprimendum.

Sexto, debet exprimi beneficium etiam modicum, et si proponem e. de reser. c. si moru. & c. non potest. de preb. in 6. nam qui habet vnum beneficium, non est ad aliud idoneus. ca. is cui. de preb. in 6. Pan. in ca. super inordinata. illo rit. etiam si eo fuerit spoliatus, cum in eo ius adhuc habeat, debet facere mentionem illius. Pan. in c. cum tenemur. de preb. nam qui actione ad rem habet, ipsam rem habere videtur. l. qui a ratione ff. de reg. iur. plenè Fel. in c. postulasti. col. pe. de reser. Sicut rex per sua ordinatione reuocat secundum donum, si in eo non fiat mentio de primo, quae ordinatio regia est registrata in camera computo. lib. C. fol. 179.

Clericus tamen de suo titulo, vel patrimonio, non tenetur mentionem facere. test. Bal. in c. cum a deo. n. 8. de reser. & doc. in c. postulasti. ibid. nec de stipendio quod ex ecclesia habet, quia non est beneficium ecclesiasticum, sed est profanum. l. Aquilius regulus. de don. ff. Bal. in c. super literis. col. pen. num. 13. de reser.

Septimo, qualitas beneficii exprimere debet, videlicet an sit dignitas. c. ad aures. de reser. ubi plenè Fel. in reg. can. 63. in nomi. dixi in trac. nomi. q. 9. an sit qualitas beneficii exprimenda, ubi concludo qualitatem tam beneficii habiti, quam habenda exprimenda esse, & hoc est de stylo curiae Romanae. Et seruatur, vt tradunt doct. in cle. 1. de preb.

Octauo, valor est exprimendus. d. cap. ad aures glo. not. in cle. 1. de preb. Galli tamen habent suam expressionem ex consuetudine. de qua dixi in §. si supra de mand. Apostol.

Beneficium manuale quod quis obtinet.

Nono, etiam beneficium manuale, quod quis obtinet debet exprimi. Cald. conf. 9. tit. de reser. & conf. 6. & 30. de preb. de Ripa in ca. ad aures. n. 35. de reser. quia de beneficio quocunque, quod datur in titulum, debet fieri me-

tio, nec ius distinguit, an sit temporale, an perpetuum, secus si non detur in titulum, vt vicaria temporalis. c. postulasti de reser. gl. & doct. in c. si pauper. de preb. in 6. & manuale potest esse perpetuum, ideo pro perpetuo habetur gl. in c. si gratioso. de reser. in 6. per l. sufficit. ff. de condic. ind. deb.

Decimo, de pensione à Romano Pontifice in titulum constituta. ca. ad a diemian. 2. de r. sc. reg. cancel. 6. ubi gl. in fl. Item de preb. moniis. Old. conf. 81. quod processus. & Cald. de conf. 61. de preb. intellige vt per Dom. conf. 89. vacante. & per ea que dixi in trac. de pacif. posses. in 17. & 28. amplia.

Vndecimo, de beneficio dato in commendam gloss. in c. nemo deinceps. de elect. in 6. in c. com. Cald. in ia. n. disto. tit. de preb. conf. 6. quia dicitur beneficiatus, qui illud habet, & commendam dicitur canonicus titulus. c. dudum. moniis. 2. de elect. dixi in trac. de pacif. posses. amplia.

Duodecimo, de iure ad rem, hoc est de alio mandato quod habet, debet facere mentionem. tex. & ibi plenè doct. in c. in nostra. de reser. siue impetrentur mandata eodem tempore, siue diuerso. c. ex tenore de reser. in c. cum tenemur. de preb. quia Papa non intendit per suas literas iuri alteri quæsitto (nisi hoc exprimat in literis) præiudicare, siue sit præiudicium extinctiuum, siue dilatiuum. c. quamuis. & c. si propter. de reser. in 6. c. si super. & c. statimimus. de off. deleg. eo. l. de declar. vt in gl. expectat. sup. eo. dixi. [Vt valeat secundum, per illud verbum, & hoc pro expressis, secus si per resignationem. Cald. de decis. 16. vnus familiaribus. rub. de preb.]

Decimotertio, quod his qui possidebant beneficium, cuius morte vacauit, erat familiaris Papæ, vel alicuius Cardinalis, Rota decis. 721. nota quod dominus in antiq. & regu. cancel. 30. non tenetur tamen Papa mandatis conferri, facere mentionem de titulo colatoris. Barb. in c. Raynaldus. col. 30. de testa. alle. c. dilectus. de preb.

Decimoquarto, de cura animarum mentionem facere debet, quia maior idoneitas in illis requiritur. ca. cum in illis. in prin. in de prebend. in 6. etiam in impetratione facta causa permutationis, cum sit eadem ratio. sic consuluit Agid. de Bella mera, conf. 32. p. 9

pro introductione. col. pen. vers. nunc venio, &c. ubi etiam dicit quid in curato beneficio quod regitur per vicarium, an debeat exprimi, quod non. *ibidem vide. in clem. i. de præbend. ubi dicitur non sufficere sic exprimeretur cura animarum non negligatur, vel facere mentionem in literis executorialibus, vel in verbis executivis, quando verò est cura annexa beneficio simplici, non requiritur expressio. ca. super eo. de præbend. in 6.*

Decimoquinto, debet fieri mentio de numero canonicorum quando vult recipi ultra numerum, & sub expectatione primæ præbendæ, quia in dubio non intelligitur summus pontifex velle derogare numero. c. constitutus. de rescrip. & an canonici possint derogare, vide Feli. in c. cum accessisset. col. 5. nu. 11. cum seq. de consti.

[Item mentio debet fieri canonicatus & præbendæ. c. cum adeo. de rescrip. sufficit tamen exprimere se habere præbendam, licet mentionem non faciat canonicatus, sed non e contrario, cum canonicatus sine præbenda esse possit. c. cum M. de consti. Rot. decis. 2. vtrum rub. de præb. Fel. & doct. in 2. no. in d. c. cum adeo. tutius est tamen vtrumque exprimere. lo. de Selua. in tract. de benef. in 3. part. q. 11. num. 57.]

Decimo sexto, debet exprimi si quod indultum habeat episcopus, quod nullus etiam legatus possit beneficia ad suam collationem pertinentia conferre, alioqui mandatum non valebit. c. cum aliquibus. & ibi no. doct. de rescrip. in 6. ideo infra exprimitur, & hoc est notandum propter Cardinales Franciæ, qui ista habent indulta. de quibus vide Soci. cons. 260. in causa. vol. 2. solent tamen indulta excipere, nisi causa resignationis, nam tunc Papa sibi reservat, & sic non erit opus expressione in ead. aliis sic & per ista indulta Papa non debet se ligare.

Decimo septimo, de possessione alterius colorata. c. cum nostris. de concess. præb. vide reg. cancel. 32. Fel. in c. ex tenore. col. 5. vers. limita. 6. de rescrip. ubi dicit quod in omni impetratione debet fieri mentio de alterius possessione. per tex. in c. 2. de decimis in 6.

Decimo octavo, de collatione alteri fa-

ctalicet non fuerit per eum cui facta extitit. acceptata. gl. in c. gratia. in verbo. ignorant. de rescrip. in 6. Item de electione est faciendamentio, quia per eam ius queritur in re. an sit facta. c. quanto. 63. dist. 8. ibi gl. Pan. in c. nostri. & c. rras. missam. de elect. c. quam sit. & ibi Dom. illo tit. in v. 6. c. si. ubi gl. & doct. de concess. præb. illo lib. & sufficit per æquipollens exprimere. Bal. cons. 209. casus talis. vol. 1. De præparamentis tamen, utpote quia vocati sunt canonici ad eligendum, non est faciendamentio. gl. in §. visum, in verbo. non valeant. de coll. in pract. quia res tunc dicitur integra. tex. in c. ubi §. si verò. de elect. in 6. Item oportet confirmationem exprimere. Nicol. de milis, in verbo gratia. q. 105. & seq. de postulatione secus, quia non queritur per eam ius in re, cum postulantes possint variare ante præsentationem Papæ factam. c. bone. 2. & ibi Pan. in 3. no. de postul. præl. intellige ut dicitur ibi. notab. 10. Idem in præsentatione, ut requiratur expressio illius, quia per eam ius acquiritur, nec potest variare clericus. Panorm. in c. quod autem. de iure patr. Card. in cle. si. in princ. oppo. 1. de suppl. neg. præl. Fel. in c. cum Bertholdus. col. 2. de re iudi. Rochus in tract. iuris patro. in verbo. honorificum. q. 9. Secus in laico. Panorm. in c. 1. & 2. c. nobis. de iure patr.

Decimonono, oportet exprimere, si beneficium sit solitum regi per seculares, quando regularis impetrat, vel per regulares quando secularis impetrat. ca. cum de beneficio. de præb. in 6. reg. cancel. 41. alioqui mandataro seculari non debetur beneficium per regulares consuetum, nisi ut ibidem declaratur, & abunde scripsi in §. volumus. in ver. regularta. sup. de col.

Vigesimo, in impetratione debet fieri mentio de vnione nunc facta per episcopum, Rota decis. 160. & decis. 253. in antiq. Cal. da. conf. vlt. sub tit. de reb. eccles. non alie. quia non est verisimile, quod Papa velit tollere ista vnionem, nisi expressè dicat. not. in cle. si. de reb. eccl. non alie. ubi Card. dicit esse verum, quando vnio facta erat ante Papæ dispositionem, alioqui contra. vel nisi esset clausula motus proprii cum clausula generali non obstantibus quibuscunque, per que gratia nostra impediri posset. Fel. in c. ad au-

res. col. 3. n. 8. vers. tertius casus. de res. & c. postu-
lanti. col. 7. vers. potest etiam inferri. ibidem. &
tunc etiam Papa non tolleret vnionem iu-
re factam, vt not. in cle. vlt. de reb. eccl. non alie.
vel si quis impetrat beneficium, quod dicit
accessorium, & sit principale, non valebit
impetratio. Anc. in reg. accessorium. de reg. iur.
in 6. refer. Dec. in cap. praeuere. col. penultim. de
offic. deleg.

*Dioecesis
est expri-
menda.*

Vigesimo primo, exprimi debet dioe-
sis, cuius est impetrans, quando est alte-
rius dioecesis, & regni, quia in dubio oriun-
do potius intendit prouidere Papa, quam
extero. c. neminem. 70. dist. l. in ecclesiis. de episc.
& cleri. gloss. fug. in cap. si proponente. de rescript.
regul. cancella. 19. vbi prohibet conferri bene-
ficium non intelligenti, vel non loquen-
ti idiomate patriae, dixi in tractat. nominatio.
quaest. 15. & debet exprimi ecclesia cathedra-
lis. c. quomodo. 1. de prebend. in 6. Fallit in
septem casibus traditis per Fel. in d. c. in no-
stra. correll. 19.

*Residentia
an expri-
mi debeat.*

Vigesimo secundo, de residentia, ad
quam quis tenetur ex statuto, vel consue-
tudine ecclesiae, debet quis facere mentio-
nem. nota. in c. cum omnes. de constitut. & c. si
de cler. non resid. quia eam potest Papa pro-
babiliter ignorare. cap. 1. de constitut. in 6. se-
cus si beneficium non requirat aliam resi-
dentiam, quam de iure, secundum quod
omne beneficium requirit residentiam. ca.
ad haec. de prebend. Et istud scit Papa, quia o-
mnia iura habet in serinio pectoris. dist. c. 1.
Idem in imperatore dicitur in l. omnium. C.
de testa. Et hoc propter sapientes quos ha-
bet assidue, nisi quando vadit venatum,
tunc non semper habet princeps sapientes.
Fel. in d. c. in nostra. correll. 4. nu. 14. Nam sa-
pientes iurisperiti delectantur in vena-
tione pontificum, & imperatorum, non
regum, vel ferarum, seu auium, cum lude-
re nesciant, nec venari, nisi in legibus im-
peratorum.

*Nota de
venatione
iurisperi-
torum.*

Et quandoque Papa obliuiscitur eius
quod fecit. c. ex parte. 1. de offi. deleg. quia ho-
mo est, & saepe patitur lethargum, vt ar-
bitris Bal. in c. cum adeo. col. 1. de reser. vnde si Pa-
pa contulerit beneficium curatum cum
clausula residentiae & promotionis ad or-

dines, poterit adhuc episcopus dispensare,
tunc quod tacite hoc inerat, & illa expres-
sio nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 1. c. 2. de elec. in 6.
tunc quia rescriptum Papae non derogat
priuilegio episcopi. c. veniens. de rescripti. hoc
docet nominatim Archid. in c. licet canon. de
elect. vt refer. Bal. in c. cum ordinem. col. 3. nu. 11.
de reser. & sic episcopus dispensabit prout à
iure sibi permittitur, & in scholastico ad
septennium. c. cum ex eo. de elect. in 6.

Vigesimo tertio, exprimitur quod est be-
neficium, vel dignitas electiua, quae non
comprehenditur sub aliis, cle. 1. & ibi gloss. de
preb. & ideo hic ad maior em. expressionem
dicit, dummodo non sit dignitas electiua,
vt dico infra in eodem verbo.

Vigesimo quarto, quod beneficium est
sacerdotale, & hoc quando de iure annexio
ordinis facta est respectu aptitudinis,
tunc sufficit, quod habens tale beneficium
intra annum ordines sumat. c. si pro clerico.
de preb. in 6. c. de erat. & qual. vbi doct. Si ve-
ro annexio ordinis requiratur in actu, vt
quia statutum dicit quod non conferatur,
nisi existenti in sacerdotio, vel conferatur
sacerdoti, tunc est facienda mentio, & non
poterit episcopus non sacerdoti conferre.
Car. & alij in cle. vt hi qui. §. illi vero. de era. &
qual. nisi de consensu patroni. Fel. in c. cum
accessissent. nu. 19. & seq. de constit. Barb. conf. 33.
scripsit in si. vol. 2. gl. & doct. in c. nemo. de elect.
in 6. & c. ei cui. de preb. illo lib. c. 2. de insti. ibid.
Pan. & Dec. in ca. cum in cunctis. §. inferiora de
elect. & Dec. in c. ad aures. col. 3. de reser.

Idem dicerem in nobilitate, vt quando
ex statuto, vel fundacione beneficia nobi-
libus debentur, tunc si nobilis ea impe-
tret, de hoc debet fieri mentio, quia Papa
contra fundacionem & statuta non veni-
sent, nec concessisset si sciuisset. c. cum M. de
consti. doct. in c. cum venerabilis. de preben. alias
non fiet nobilitatis mentio. doct. in c. ad au-
res. de reser.

Vigesimo quinto, de patronatu laico-
rum, quia Ro. pontifex, cum mandat pro-
uideri de beneficio, non intelligit de bene-
ficio spectante ad praesentationem laico-
rum prouidere, ne retrahantur à funda-
tione ecclesiarum. c. de veribus. 16. q. 7. glo. &
doct. in

h. inc. 2. de preb. in 6. Card. conf. 69. vacante. dixi in tract. nom. q. 8. Et cum hæc ratio esset in iure patronatus ecclesiastico, Papa potest conferre non facta eius mentione, etiam quia nõ inuenitur à iure expressum, quod exprimatur, & pro quo est tex. in c. dilect. de off. leg. & nuncupatim. 10. de Selua. in tracta. de benef. in 3. parte. q. 11. nu. 29. ver. fallit tertio. hoc tradit. Et in Francia consuetudinaria non solet etiam mentione expressè facta Papa iuri patronatus laicorũ derogare, & an illa consuetudo valeat tradit Collecta. in ca. exenore. col. 1. de concess. preb.

*Iuri patro-
natus lai-
corum in
Francia
Papa non
derogat.*

Si tamen requisitus fuerit patronus ecclesiasticus à mandatario, & distulerit presentare, non tamen poterit illi nocere: nec Papa præuenire, aliàs fieret fraus per patronum, & per alia quæ dixi in tracta. de pacific. post. in fi.

*Hospitale
expressum
dum.*

Vigesimo sexto, quod est hospitale debet exprimi: de. 2. de preb. multa dixi in tract. nom. q. 15. intellige vt ibi. & per Nic. Milium, verbo gratia. q. 17.

*Monachus
beneficium
expressum
dum.*

Vigesimo septimo, debet exprimi, quod beneficium est monoculum. gl. in de. 1. in verbo, incerta. de preb. Arch. & Perus. in ca. si pro clerico. col. 1. l. b. tit. in 6. quia ipsos collatores hoc vnicò lumine priuare nolumus, dicit rex. in l. illicitas. & illicitas. ver. si. no. tenuis. ff. de of. presi. nec in mandatis comprehenduntur, sicut nec in nominationibus, vt dixi in tract. nom. q. 15. nu. 41.

Bertrand. in cons. 194. concessum. in 3. volu. secundum nouam impressionem, vbi dicit fortius, quod non comprehenditur, etiam si ille haberet plura alia beneficia, quæ conferret cum capitulo, vel aliis, & vnum cuius haberet plenam dispositionem, quia illud non tenebitur in vim mandati, vel nominationum conferre, cum in eo sit monoculus, secus in aliis.

*Litigiosum bene-
ficium ex-
pressum.*

Vigesimo octauo, debet exprimere, quod beneficium est litigiosum cum ipso impetrante: secus cum aliis, si non cedat in preiudicium illorum. Milium in repert. in verbo, gratia. q. 67. & seq. Fel. in d. c. in nostra correla. 15. Et sic si tantum habuerit recredientiam, vel non habuerit, debet hoc etiam exprimere, & etiam de lite pendente super beneficio

debet fieri in antio, plene Fel. in c. ceterum. col. 1. de reser. alioqui os quod mentitur occidit gratiam Bal. in c. ex infinnatione. col. 1. de reser.

Vigesimo nono, exprimi debet ecclesia principalis, vt si multa sint beneficia in ecclesia collegiata, & mandetur prouideri in illa, non comprehenderetur prioratus illius ecclesiæ, quia esset prouidere de ecclesia, & non in ecclesia, & in mandato hoc non fuit dictum. cap. si. de preben. nisi ex generalitate verborum aliud appareret. Imo. in de. vna. col. 2. num. 6. de sup. negl. prel. & ideo in his mandatis contineretur, vbi mandatur prouideri de dignitate vestre vel alterius ecclesiæ, & non in ecclesia, vt hac in forma patet, si non esset prioratus electiuus. In quo seruaretur forma. cap. quia propter. de elect. quia de illis est speciatim prouisum in rub. de re. iur. ad prel. nomi. facien. §. monasteris, quando habent qualificationem ibidem positam, vt ibi dixi.

*Ecclesia
principalis
an sit ex-
primenda.*

Item exprimi debet ætas impetrantis, quia difficilior redditur Papa ad prouidendum iunioribus quàm aliis. docto. in c. super inordinata. de prebend. Et ista, quæ difficilior eum reddunt, exprimi debent. c. postulat. de rescrip. Aliàs impetratio beneficij à minore facta est surreptitia, nisi fortè fuerit in bulla, seu circa, quæ dictio modicum tempus significat, quod gl. ad sex menses extendit in c. auertationes. de desponsatione in puberum, & hoc iudicis arbitrio relinquitur, vt non arbitretur extendi vltra sex menses, vt scripsi in l. ceterorum. in fin. ff. de ver. sig.

*Ætas im-
petrantis
solet ex-
primi.*

Trigesimo, nomen sancti, aut patroni, in cuius honorem est fundata ecclesia, vt in ecclesia sanctæ Genouefæ, debet exprimi, quado non est cathedralis. si verò sit cathedralis, non. vt in ecclesia Parisien. Bituricen. Card. in c. cum secundum. not. 19. de preb. Et iste est stylus curiæ Romanæ, teste glo. in c. quamvis. 1. de preben. in 6. Lappus allega. 16. an valeat. Felin. in c. cum accessissent. col. 1. de consti. Fallit ex causa resignationis, quia sunt fauorabiles, & adiuuandæ, vt notat Cassado. in decis. 13. de prebend. tutius esset exprimere etiam in hoc casu, nisi ecclesia inferior sit principalis, & maior in illo loco. tunc non est

*Nomē sancti
quado
sit ex-
primendum.*

*Clausula
ut verior
expressio
fuit.*

non est necesse exprimere nomen sancti, ut in ecclesia observantur.

Vell si exprimeretur in signatura quod maior expressio possit fieri etiam in nomine sancti, nisi dolo illa clausula fuerit appositae, ut pote, Papa noluit recipere resignationem beneficii sancti Ioannis, nunc quidam impetrat beneficium sancti Petri, apponens maiorem expressionem posse in bullis fieri, vult in bullis extendere ad beneficium S. Ioannis, quod Papa recusaret conferre, an possit dicere quod non, tunc quia malitiam hominum est obviandum. c. sedes. de rescri. & dolo nemini prodesse debet, etiam quia intentio summi pontificis non est, ut voluerit conferre illud quod iam recusavit, & ultra intentionem Papae non potest extendi signatura. ca. ad aures. c. mandatum. de rescri. c. cum in illis. de preb. in 6. nec praesumitur variare Papa. in cle. vna. de reu. sed praesumitur circumuentus. ca. cum olim. de re iud. & ita iudicavit Senatus Paris. super prioratu S. Martini de campis. Si tamen nomen sancti exprimeretur, etiam in ecclesia cathedrali, non vitaretur impetratio. Domin. & Perus. in d. c. quamvis Fel. in c. significante. col. 2. de rescri. Et ita expressim fuit decusum in Rota, ut refert Cassad. in deci. 12. rub. de preb. licet Io. Fab. contra teneat in §. sed quotiens. instit. de iure natura. & vide alia in d. c. in nostra. & per Io. de Selua. in tract. de beneficio. in 3. parte. q. u. & seq.

Et generaliter alia debent exprimi, per quae redderetur concedens difficilior ad concedendum. c. postulat. de rescri. Et an Papa scribendo pro indigno videatur dispensare, no. in l. quidam. ff. de re iud. & Fel. in ca. si quando. col. 4. versic. stat. difficultas. de rescri. dicit in gl. d. v. Sa. supra tit. proximi.

*Que sunt
ultra ius
exprimenda.*

Notandum est tamen, quod omnia quae in iure reperuntur debere exprimi, necessario exprimenda sunt, etiam si concedens non redderetur difficilior ad concedendum, vel denegandum, alioqui talis taciturnitas vitiat literas. arg. l. prospexit. ff. qui & a quib. vbi dicitur quod lex, licet sit dura, tamen est seruanda: ita in propriis terminis tenet Dom. in c. dudum. col. pen. de preb. in 6. per rex. in c. si motu albo. Fel. in c. super lue-

ris. col. u. s. & d. capitul. in nostra. de rescri. Si vero à iure non est statutum, ut illa qualitas exprimat, tunc debemus videre an concedens non ita concessisset, vel non de leui, si illa qualitas esset expressa, & tunc non valebit impetratio. c. super literis. & c. postulat. de rescri. & ibi Fel. col. 4. Nicol. Milius. in verbo. gratia. q. 63. Panor. in c. consue. col. 1. de relig. domi. Si vero concessisset tunc valet rescriptum. text. elegans in ca. dudum. vers. considerantes. de preb. in 6.

[Vel si facilius concessisset, si verum expressum fuisset, ut potest si in impetratione beneficium expressit esse curatum, & erat simplex, vel dignitatem, & erat officium, tunc gratia erit valida, ut asserit Panorm. in d. c. super literis. col. 5. quom. alij seq. Et postquam omnes aliae qualitates quae reddunt concedentem difficiliorum, non sunt à iure expressae, arbitrio iudicis relinquuntur. arg. c. de causis de offi. deleg. gl. in fine. que non est. §. proferendo. de rescri. lib. 6. l. ff. de iur. domi. de re delib. Lap. alleg. 80. factum super quo. vers. citorem item est sciendum, vbi dicit esse recurrendum ad coniecturas, maxime duas, videlicet ad consuetudinem concedentis, si alias non fuerit concedere in simili casu, vel cum summa difficultate concessit. Nam consuetudo patrisfamilias inspicere debet. vel numerorum ff. de pig. actio. l. si seruus plurium §. si de leg. 1. Item inspicere debet stilus illius concedentis. Nam si de stilo curiae Romanae erit, ut nobilitas exprimeretur, exprimenda erit, licet de iure non sit exprimenda. in c. ad aures. & c. in nostra. de rescri. Fel. & doc. in super literis. col. 5. ubi quia stilus habetur pro iure. c. ex literis. de consti. c. quam graui. de crimine. §. si.

Aduertendum est, quamvis sit differentia inter gratias ad vacatura beneficia, & ad vacantia. si super gratia. de offi. dele. in 6. gl. & doct. in c. eum qui. & c. si cui. de preb. eod. lib. tamen quantum ad expressionem non fit à iure differentia, qui eadem expressio penè in mandatis & rescriptis ad vacatura fit, quae in impetrationibus vacantium beneficiorum ita tenet expressè Io. An. Dom. & alii in c. non potest. in fi. de preb. in 6. vbi ibi. Baldus etiam dicit in dispensationibus, quod expressio etiam sequitur Fel. in d. c. in nostra. correl. s. de in mandatis. rescri. lib. 6.

que in rescrip. Ita tamen expressiones non fiunt coram ordinario, sed tantum debent fieri coram Papa, & legato de latere. *de. 2. de offi. ordi. & ibi plenè Card. vbi dicit non esse faciendam mentionem, nisi quando illa taciturnitas redderet collationem nullam. & nisi quatenus esset à iure expressum. Fel. in d. c. ad aures. 11. conclu.*

Subreptio
ipso iure
mita.
 Et in priuilegijs subreptionem ipse iure vitare, sicut in beneficalibus docet Panorm. in c. quod super his. de fide instr. & in omnibus literis gratiosis consuluit Betr. conf. 327. subreptio. in 2. vol. ex antiqua impressione. [abundè scripsi in praxi beneficali, in illa quest. quæ differentia sunt inter literas gratia & iustitia, & subreptionem vitare etiã in officijs secularibus concludit Franc. Marc. decis. 63. in 1. parte. in deci. Delphi.]

Tamen fallit in nominationibus, vbi etiam exprimi debet verus valor, ut supra de collat. dixi. in §. volumus. & non solum verus valor beneficiorum in illis est exprinendus, sed etiam an sit dignitas, & qualitas beneficii, ac ipsa beneficia, & illorum numerus quæ nominatus possidet, & alia quæ abundè scripsi in tracta. nomi. q. 9. idem in dispensationibus etiam ab ordinario concessis. *Dom. & Perus. in c. non potest. de preb. in 6.*

Ignorantia
quando vi-
ta impet-
rationem.
 Limita tamen supradicta, quando ratione ignorantia impetrans non expressisset, quia tunc (si poterat gratia ad ius commune reduci) non vitabitur impetratio c. gratia. & ibi omnes doct. de rescrip. in 6. Pan. & alij in c. super literis. de rescrip. lo. de Selua, in tract. de benefi. in 3. parte. q. 12. in 17. qualitate. nu. 29. Si verò gratia non poterat ad ius commune reduci, non excusat impetrantem. c. constu. de rescrip. vbi ignorantia numeri canonicorum non excusat impetrantem, quia gratia non potest esse valida secundum ius commune quod vult, ut non rumpatur numerus status in ecclesia. ca. cum omnes. & ca. cum M. de consti. plenè Fel. in ca. super literis. col. 3. cum seq. vers. 2. de conclu. rescrip.

Vel potest dici, quia hæc ignorantia non excusat, si iam beneficium erat acquisitum, ut si non exprimat illud, quod valeat impetratio, sed in beneficio nondum acceptato, ignorantia excusat. *vi d. c. gratia.*

quia non potest. quid imputari illi ignorantiam etiam ratione doli vitandi, nam posset collator alicui agenti Romæ conferre modicum beneficium, ut impediret collationem Papæ, & ne iste impetraret aliquod beneficium, ob id fortè & alijs rationibus est statutum, in d. c. gratia. ut valeat impetratio. Nota bene quia super hoc, multi multa loquuntur.

Et hæc ignorantia iuramento probari poterit. *ex. in c. nulli & c. ut circa. in fi. de elect. in 6. & gloss. in c. presumitur. de reg. iur. illo lib. Dec. & alij in ca. cognoscentes. de consti.* Fallit quado esset verisimile quod habuisset notitiam, & tamen non expressit. nam tunc iuramento non probaretur. *Roma. conf. 481. presentis dubitationis vbi plenè scribit, ibi vide.*

Item fallit quando in supplicatione appositae esset ista clausula, quod maior expressio in confectioe literarum fieri possit, tunc vera qualitas potest exprimi, sed non omnes simul ex stilo curia Romanæ. *Ita tenet gl. in reg. cancel. 63.* Nec alia non expressa in signatura, quæ nõ possunt ex verbis expressis elici, etsi de hac expressioe exactius atq; ad stomachum consequi velis. *lege lo. de Selua. d. q. 1. atque ut semel omnia apprehendas. Fel. in d. c. in nostra.* & quis teneatur probare literas esse subreptitias, an proponens, vel is qui eas impetrauit. *vide Cald. conf. 10. A. possidet. rubr. de prob. plenè scripsi in praxi benefical.*

habentes, motu proprio
a Motu proprio. Hæc clausula non operatur nisi in his quæ in iure expressa sunt. *Card. in cle. si Romanus. de preb. q. 3.* vbi dicit quod motus proprius Papæ est optimus artifex, omnem habens virtutem. *sequitur Perus. in c. si pluribus. no. 2. de preb. in 6.* & sicut papauer teste *Diosco. & Plinio,* gignit somnum & quietem, ita & hæc clausula habenti eam: & non posset esse maioris importantia & vtilitatis, teste *Francisco. Cremenf. sing. 135.* & imperator vocat spontaneum motum. *in l. 3. C. de legib.* Videndum est igitur quæ à iure expressa sunt.

Notandum est quod hæc clausula operabitur suos effectus, etiam si concessio ema-

nauerit ad supplicationem alicuius, vt si dicatur, talis nobis supplicauit, vt cōsideremus, & mandatum, vel tale beneficium, cui illud etiam motu proprio cōcedimus, sing. est verbum Bal. in c. nisi. col. 1. de offi. lega. Sequitur D. Petrus Parisius, in cap. accedentes, col. vltim. numer. 25. de prescrip. & hoc innuit verbum sequens, non ad ipsius, & c. Sic consultiuit Dec. cons. 51. & pro tenui. col. 2. & cons. 602. v. so puncto. col. 1.

Et quando est clausula motu proprio, non admittitur pars ad probandum contrarium, quia esset arguere principem & concedentem de mendacio doctor. in d. ca. si motu. Bertr. in cons. 35. visis. in 1. vol. secundum nouam impressionem, & cons. 202. col. pen. ibid.

Plures effectus motus proprii. 1. ampliat gratiam.

ptare potest, si officium illud habebit, præterea quando Papa peruerit ordinem, ita vult vt peruertatur. *c. decernimus. de iudic. v. bi præponit episcopū archiepiscopo: nec cõsetur apponere ordinē sine magno iurisdictione, & cõ ratione. Bal. in l. prolatis. co. 3. C. de sent. & interlo. omni non iud. dixi in verbo, ordinem. & si quis verò. supra de coll. & ordo rationis & intellectus magis debet inspici, quã verborum. l. si qui soluendo. ff. de her. inst. Bal. in l. 4. oppo. C. de his poene nom. §. ante heredis insti. de leg. ibi, sed quia inciuile esse putauimus scripturã ordinem quidē sequi, sperni autē testatoris voluntatem, sic voluntatē Papæ spernere non licet, sequendo hũc ordinem, sed de primo beneficio vacaturo providere, nec enim (dicit Iurisconsultus) ordo scripturæ spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videatur. *l. nec enim. ff. de sol. quia hic ordo nõ est necessitatis, de quo loquitur Bart. & alii in l. 2. pen. per illum tex. ff. de vulg. & ista sunt notanda, quia super his vidi dubitari. Item non putarẽ per supradicta mandatũ vitari, licet ordo modicus claufularum peruersus, esset, & non obseruatus, cum ista non sint ordinis. Vide tamen Fel. in c. cum dilecta. de resc.**

vel alterius ecclesiã, aut aliud beneficium ecclesiasticũ, cũ cura vel sine cura (etiã si parochialis ecclesiã, vel eius perpetua vicaria, aut capella, vel perpetua capellania fuerit) ad vestrã collationẽ *a*, prouisionẽ, præsentationẽ *b*, nominationẽ, seu quãuis aliam dispositionem pertinentia *c* etiã si dignitati, personatui, administrationi, vel officio huiusmodi cura imminet *d* animarum, dummodo talis dignitas electiã non existat *e* cum creatione in canoni-

a Collationem) Siue collatio spectet iure communi, siue iure speciali. *Do. in ca. quãuis. vers. quãquam. de præb. in 6. per c. dilectus. in seruo illo tit.*

b Presentationem) Vidi mandatũ Si in mandatum patrono habenti presentationẽ dicitur *sent. decem beneficiorum, & vitra, & in eo erat omnia hoc verbum ad tuam presentationem. nõ ad collationem, seu quãuis aliam dispositionem: & fuit dubitatum an valeret, eo ten. quod hæc verba ad collationem nõ erant apposta, dixi valere, quia verba necessaria erant apposta, & superflua verba non dicuntur esse de forma, sed illa quæ sunt necessaria: nam non est verisimile, quod conditores voluerint nos grauare ad superflua exprimenda, quum ea tollant, vt in præsentia decretal. patet. & in *u. consilii. Codicis, dixi in gl. volentes supra eo.**

Si tamen in literis expectatiuis non apponerentur omnia ista verba ad vestram collationem, & c. *uxta. c. cum in illis. de præb. in 6. literæ essent de falso suspecta, & nulla fide eis adhiberetur, vt fuit iudicatum in Rota, teste Io. Staphil. in tract. expecta. de literis gratiæ & iustitiæ, in quarta forma. in fin. fol. 14. sed nihil ad nos, cum in regno nullas habeamus.*

c Pertinentia) Ergo si collatio non spectet ad episcopum, cui dirigitur mandatum, non comprehenditur sub mandato, vt potest si vacet in ecclesiã exempta cum collatio vel alia dispositio ad episcopum non pertineat, vt hic dicitur, secus si in mandato diceretur, vt in aliqua ecclesiã suæ diocesis prouideret. *gl. Pan. & alii in ca. præ illorum de præb. gl. in cle. frequens. in verbo, primi anni. de excess. præl. faci. gl. in §. item quod ratione, in verbo, in diocesis. de annatis. in prag. Pan. in cap. graue. de of. ordina. sed non valeret in hoc regno, ratione formæ omni- sã. Et intellige siue pertineat de iure communi, vel speciali. *gl. in cap. fi. de elect. in 6. Dec. conf. 128. licet in casu. col. 2. vers. etiam. in 6. etiam ratione possessionis. gl. super iure. & ibi doct. in c. querelam. de elect. sic consultuit Alex. conf. 98. visis. col. 1. in 5. vol. quia verbum, pertinere latissimè patet. l. verbum pertinere. ff. de verb. sig. & ibi dixi. gl. in c. inter dilectos. de fide instr. gl. in §. decreuit. in verbo, pertinet. de elect. in prag.**

d Im-

d. Immineat.) Et sic quando personati, dignitati, vel præbendæ est annexa parochialis ecclesiâ, nõ est necessaria ipsius expressio in impetrationib. qñ accessorie erat annexa. *Arch. per illum rex. in c. sup. eo de præb. l. 6. & hoc cognoscitur ex not. per gl. & doc. in elem. per literas. illo tit. de præb. si tamē personati cura immineat animarū, de illa est habenda mentio, & hoc est de stylo curiæ Romanæ.*

Electiva beneficii in mandatis non comprehenduntur

e. Non existat.) Hoc ponit ad tollendū dubium ratione generalitatis in mandato positæ, vt ea non obstat non cõprehendatur dignitas electiua, intellige verè, secus si eligèdo conferat. *gl. in cle. quia contingit de reli. dom. etiã sub clausula generali non cõprehenditur electio. cle. 1. de præb. dixi in §. præfatiq. ordinarij. de col. sup. & in trac. nomin. q. 8. & sic in mandato non comprehenditur dignitas verè electiua, nec aliud beneficiū simile, tū quia hic nõ mandatur de electivo prouideri: tū quia hic excipitur dignitas electiua, volens, innuere, quod dignitas debetur mandatario, nisi sit electiua, de alio beneficio electiuo nõ excipit, quia pauca sunt extra dignitates, ideo de his legem nolui facere, instar eorū quæ dicit gl. de bonis mulierib. in l. ex his. ff. de legib. sic not. in d. cle. 1. Old. cons. 146. facti tale. Fel. in c. in nostra. cor. rel. 32. de rescr. sed ratione generalitatis mandari dubitari possit: ideo excipit, vt hic. Sic debetur alia quæcunq. dignitas mandatario, etiã maior post pontificale: nam postquam de electiua excipit, de collectiua & alia concessisse videtur. *c. nome. de præfump. & exceptio in nõ exceptis firmat regulam. l. 1. ff. de reg. iur. maxime quia generaliter Papa scribit, & ita seruat.]**

Et quomodo cognoscatur quod sit generale, pulchrè declarat Pan. in c. ex parte. n. col. 2. de of. deleg. In mandatis quæ impetrantur per seculares ad regulares non vidi apponere istã clausulã, quia non exprimitur dignitas in hoc mandato, nec de ea mandatur prouideri, cū sint regulares, & in mandato dicitur de beneficio per seculares teneri solito & nõ describitur illa clausula etiam si dignitati, &c. nec illa, dummodo, &c.

& ideo super hoc vidi sæpius dubitari, sed quia forma expressa non est in illis, sed cõuenire debent cum hac forma quantum potest, non describendo tamen superflua.

Aduertendū est, quod si fuerit data potestas legato cõferendi omnia beneficia ecclesiastica, etiã si dignitates, vel personatus aut officia existant, & curã habeant animarum suorū capellanorū poterit conferre, etiam dignitates, & alia beneficia, etiã electiua, & præbendas ecclesiarū cathedraliū tū quia ista litera continent gratiã, ideo lata recipere debent interpretatione. *c. 15. c. 1. c. si quis de præb. in 6. & beneficia principū plenissimã interpretatione recipiunt. l. 2. C. de bon. vac. l. 10. c. cum dilectis. de don. tū propter dictionem omnia. c. si Romanorū. 19. d. ff. de leg. 3. sic expressè cõsuluit Cald. cons. 4. an per rub. de præb. quod intellige in hoc regno, vt declaratur in tit. de regta ad præl. not. fac.*

Notandum est, quod quando Papa taxatiuè loquitur, vt hic, etiã illa, quæ sunt expressimèda de iure, vitiant gratiã, si exprimitur, vt cõferimus, dummodo sit beneficiū in tali loco, quia Papa non tendit alio modo prouidere, secus si quid exprimat gratiã demonstrationis, & etiã conferatur. *Pan. in c. super literis. col. 7. de rescr. de Rot. decif. 35. nota quod falsa in antiq. quia hoc casu falsa demonstratio nõ vitiat. l. falsa. ff. de condi. & demonstr.*

Beneficia nomine an veniat de gnuat.

Effectus quando aliquid exprimitur taxatiuè vel declaratiuè.

Aliquando etiã solet in impetrationib. à Papa apponi hæc clausula, dummodo nõ sit dignitas maior in ecclesiã post pontificale, quæ etiã non debetur impetranti, nisi expressa fuerit. Hic tamē contra ratione generalitatis, à qua non excipitur, nisi vnus casus, quia exceptio firmat regulam in nõ exceptis. *gl. & doc. in l. ff. de reg. iur. Dy. in pro. emio reg. 6. quod est verū, si fuerit collatiua. Et quomodo cognoscatur ista maioritas, tradit Card. in cos. 30. in hac. col. 3. vers. item edare. Et de hac dictione dummodo vide Bal. in c. dudum. in 2. col. 6. nu. 27. de elect.*

Maior dignitas post pontificale an mandatario debetur.

cū vestra vel a alterius ecclesiæ, etiam si in ea statuto & privilegio expressè caueatur, quod nulli de dignitate, personatu, administra-



tionem vel officio prouideri possit, nisi cum effectu illius Ecclesie canonicus existat, canonicatum huiusmodi ecclesie cum plenitudine iuris canonici, & non obstante de certo canonicorum numero

plenitudo a
isuris cano-
nicalis, in
quibus con-
stat.

a Alterius ecclesie.) Hoc dicit propterea, ne si in alia ecclesia episcopus habeat collationem, vel presentationem, ab illa repellatur mandatarius, si in ea erat statutum, vel consuetudo, ne quis admittatur sine canonicatu ad illam dignitatem, ut supra dixi, & ista clausula non solet poni in mandatis regularium, ut infra dico in gl. conueniens, post formam literarum executorialium.

b Cum plenitudine.) Ille dicitur habere plenitudinem iuris canonici, qui habet ea que spectant ad canonicos, scilicet vocem in capitulo, stallum in choro: licet non habeat prebendam, ut Dom. & lo. Colo. in c. vlt. de concess. preb. in 6. post lo. And. ibid. & tex. in c. proposuit. illic. dicit cum plenitudine honoris canonici, & ibi idem dicit Anch. id eo clausula non obstante tollit suam obstantiam receptioni, non autem modificantiam qualiter recepti: & ideo ut si derogatum alteri statuto de voce non danda, oportet quod inseratur haec clausula. Fel. in ca. constitutus. col. vlt. de reser. Et ista assignatio stalli in choro, & loci in capitulo, fit per eum ad quem pertinet de iure, vel consuetudine c. dilectio de preb. in 6. & Card. in d. c. proposuit ubi etiam dicunt quod quando cum quis sit electus in canonicum, tamen non habebit ius ad ministrandum, antequam sibi prebenda assignetur, nisi esset consuetudo in contrarium. e. cum qui. de preb. in 6.

Prebenda
an sit ratio-
ni canonici
caus affectu.

Nec Papa hic creat canonicum simpliciter, sed ad effectum obtinendi dignitatem, ob id si fuerit negligens hic mandatarius, in vim huius canonicatus non prouidebitur ei, sicut si fuisset simpliciter creatus. ca. si clericus. de preb. in 6. nec etiam in vim creationis huius canonici est affecta prebenda, que alias esset affecta in c. si postquam. de preb. in 6. per istum text. ibi dicitur axat, & non alias erit tamen affectu beneficium primo

vacaturum per presentationem mandati factum. c. sic capitulo. de concess. preb. in 6. *c Et non obstante.)* Tollit subreptionem, que posset allegari, quando esset certus numerus canonicorum. c. consuetudo. de reser. vbi dicitur in c. dilecto. de appel. gl. vlt. in verbo, numerus. in 8. item censuit de colla. in re. cap. prag. & gratia non facta mentione de numero est nulla, & subreptitia. Nicol. Mil. in signa q. 304. gratia impetrata, & dixi sup. eo. in verbo. pro expressis, & hoc prodest etiam. Nam & si per clausulam generalem, non obstantibus consuetudinibus & statutis iuramento roboratis tollatur subreptio, non tamen recipietur ultra numerum, nisi sit adiecta ista clausula, ut expresse tradit Collecta in d. c. constitutus. col. 2. vbi etiam dicit clausulam non obstante certo numero prodest, si non erat certus numerus canonicorum, sed prebendarum: quia potest referri etiam ad numerum prebendarum cum in definitum proferatur, secundum eum.

Cum ergo haec clausula sit in parte decisa mandati, est necessaria, & sic sanctorum iudicium senatus Tholosanus, qui mandatum sine hac clausula non admisit, dicens ecclesie habenti certum numerum canonicorum: quia in hac forma si beneficiarij conferuntur canonicatus, & Papa mandata recipi, & sic recipiendo illum frangitur numerus canonicorum, ideo haec clausula est necessaria. per d. c. constitutus, & hic debet esse etiam in clausula non obstante, infra repet. per illud verbum, supra, ergo hic poni debet, & semper hoc videtur, quia papa hic conferendo canonicatum frangit numerum, ergo debet addere hic istam clausulam, nam vbi de iure requiritur certa mentio alicuius clausulae, & illa clausula non exprimitur in parte decisa, sed in parte executiva tunc non prodest impetranti, nec virtute illius expressio in parte concernente executionem positam, consequetur illud quod consequeretur, si fuisset expressa in parte gratiae decisa. tex. in cle. in fin. de preb. hoc expressum tradit Dom. conf. 86. in cau. col. 2. & ita fuit iudicatum in supremo Rotomagensi Senatu pro domino de S. Gremier. licet quando aliter (& male) intelligantur. Etiam quando

quando executor potest conferre canonicatus & praebeada, non poterit conferre, ubi erat certus numerus, nisi adsit clausula, ut docet Staphyl. in tract. de literis gratiae. in §. mand. forma. l.

ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem vel officium duntaxat obtinendi, & non alias, auctoritate Apostolica tenore praesentium conferimus a & de illo etiam prouidemus, si quem, quam, vel quod post b mensem post-

a Conferimus.) Et sic patet per hoc verbum, quod Papa creat canonicum ad effectum obtinendi dignitatem, & demum mandat prouidere isti mandatario de praebenda, dignitate, & aliis, de quibus in hac forma & per collationem huius canonicatus iuncto mandato affecta est praebenda primo vacans sine alio decreto. *gl. in verbo canonicatum. c. dudum. de preb. in 6. Perus. in c. si postquam noc. vlt. illo. ut. si prosequatur. ut scripsi in §. supra de collationib.*

Aliquando Papa mandat executori statim conferre canonicatum, quod poterit facere, si adsit clausula non obstante de certo canonicorum numero, ut hic c. abbas. de rescri. sed non in hoc regno. Nota tamen quod canonicatus sine vacatione conferri potest, secus in praebenda, quia canonicatus in sola spiritualitate & in iure incorporali consistit, & ideo nullum ex hoc fit praedictum aliis canonicis, nec iuribus eorum imo potius talia iura consistunt in charitate & veritate, & in quadam releuatione oneris supportandi in diuinis, & quanto in plures diuiditur onus, tanto fortius agunt, cum sint propria opera Spiritus sancti quae ad mensuram non dantur. *c. non mediocriter. & seq. de consec. dist. 5. secus in praebendis, & aliis rebus corporalibus in quibus fieret aliis praedictum, & in eis verificatur illud quod dicitur multiplicasti gentes, sed non magnificasti latitiam. Imo in c. si de preb. sicut dicebat quidam de augmento officialium.*

[Ita tamen creatio canonicatus non

proderit canonico, si dignitas non vacet, quae possit ratione mandati obtinere, nam si postea vacaret dignitas quae vult in vim nominationis habere, quae est antiquior, certe eidem non deberetur si non sit alias creatus canonicatus, per istum textum dicentem ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium duntaxat, & non alias, & sic collatus canonicatus, potest quo ad mandatum, non quo ad alia, & alias vidi super hoc dubitari.]

p. Post mensem.) Ergo beneficium ante mensem, vacans, mandatario non debetur, sumendo arg. a contrario, quod est validum. *c. cum apostol. de his que sunt a prel. Et quia olim esset statutum (ut occurreret diuinae vacationi beneficiorum) quod mandatarius intra mensem teneretur acceptare, a die vacationis computandum. *cl. vna. de concess. preb. tamē quia collatores aliquando datas adulterinas faciebant ut excluderent mandatarium, ite prouisus ab ordinario, ut excluderet mandatarium quicquid poterat faciebat, ideo statutum est, ut non acceptet intra mensem, & etiam secundum quod dicitur potest fortē praesumi, simul atque mandatarius presentasset, vacare beneficium, ut mandatarius viri illius fuerit infidatus. arg. non per Bar. in l. post contractum. ff. de don. Tamen contrarium dicerem quia in dubio non debet praesumi delictum. l. merito. ff. pro soc. Et idē potest esse si vacaret statim post mensem. Ideo dicerē alia ratione introductum, ut dicitur & ut valeat interea sciscitari de valetudine aliquorum. Et si conferretur eidem ante mensem, potest mandatarius acceptare si vellet cum ille mensis sit introductus in fauorem ordinario, cui possunt renunciare. *c. si diligenti. de foro comp. dummodo non fiat in fraudem nominati, aut graduati, seu alterius.***

Non potest tamen mandatarius, si eidem Beneficium non conferretur per ordinarium, acceptare post mensem vacans non licet daret vacatio post mensem, quia vacatio non contingit post mensem, ut debet mandatario fieri hic, arg. l. nouissima. ff. iudi. solui. *Feli. in si ante vacat. constitutus. col. pen. de rescri. dixi in §. praesentia. tique graduati. col. pen. in verbo, vacationem. de collatio. supra. hoc tenet Bonifa. in c. vna. §. secus. num. 36. & sequen. de concess. preben.*

Quare datur mensis mandatario.

& quia per ordinarios fieret fraus, quando post præsentationem, & ante mentem vocaretur modicum beneficium: nam illud non conferretur, ut mandataris post mensem acceptaret, his ergo obuiari debet, & hoc est propter incertitudinem introductam quia beneficium debebatur mandatario, etiam si vacasset ante mandatum, si tempore præsentationis non erat collatum. *gl. in c. si postquam. & ibi Perus. & Io. Vanquel. de præb. in 6. gl. in verbo, notitia. cle. vna. de conce. præb. Soc. in l. si iam facta. ff. de cond. & dem. & etiam aliquando vacatio erat incerta, & ordinarii eam secretâ tenebant, ut excluderent mandatariû, ideo statutum est, ut hic, & etiam si fortè impetrans sit excommunicatus, ut ante finem mensis absoluat, ut eidem iure collatio fieri possit, dixi supra in gl. absolventes.*

Mensis quomodo computetur.

Quomodo computentur hic mensis: Resp. sicut dicit *gl. in c. quam sit. de electio. in sexto, ut si præsentetur die 10. Februarii, die 10. Martii finitus erit mensis, & poterit beneficium acceptari, si die 11. vacet, cum hic text. dicat post mensem, postquam præsentatae literæ, & c. vel de momento ad momentum computabitur, iuxta l. 3. §. deniq. ff. de minor. primum tamen verius videtur, vide *gl. in c. quam sit de ele. in 6. Alex. in l. diuisione. ff. solut. mar. Soc. in d. l. si iam. ff. de cond. & dem. Dec. in l. vbi. per illum text. de reg. iur. Bartol. in l. cum bis sextus. vbi scripsit. ff. de verb. sig. plenè Gomes. in §. rursus. coll. 18. inst. de act. Bolog. cons. vlt. plenè. etiam consuluit in compromisso Soci. cons. 99. serenissimus. in 3. vol. & 1. in elect. quod debeant computari prout sunt in calendario, tenet expressè Bald. in c. cum in cunctis. col. 1. de ele. Bonif. in cle. 1. §. sanè. in si. de stat. monac. Collect. in c. ne pro defectu. col. 2. de ele. Mandagor. in trac. de ele. in 1. parte c. 3. & ibi in addit pulchre Boer. quod notes, quia fui de hoc interrogatus.**

[Vnde poterit mandatarius requirere beneficium sibi conferri intra sex menses, qui sunt præstituti collatori. in c. 2. & c. cum nostris. de conce. præb. dñ. tamè vacauerit post mensem à die præsentationis, & non aliàs ut hic.]
quam præsentata a literæ vobis præsentata b fuerint,

a Præsentata. Ergo non sequentes sic literæ executoriales non debent necessarii præsentari, per hunc text. quod etiam probatur in forma literarum executoriarum. ibi, post præsentationem eandem literarum. non dicitur executorialium. probat text. in casu sol. ibi, per talis præsentationem mandati ordinario ipsi factam. de conce. præb. in 6. & in or. in reg. rub. des mandaz. art. 1. ibi, qui vacauerit apud les moys ensuyuant l'insinuation du mandat. ecce tan per iura regni, quam alia requirit tantum insinuationem mandati: nam dixissent cõditores literas executoriales insinuandas, si voluissent, nec debemus aliquid ultra legem requirere. arg. l. de preu. ff. de publ. in rem actio. & frustra sit per plura, quod potest fieri per pauciora. Bald. in c. ex insinuatione. col. 1. de resc. allego text. in l. dominus. ff. de cond. indeb. nam per solam præsentationem literarum mandati ordinario factam admittit potestas ordinario. cap. vlt. qui. de resc. in 6. & c. si capitulo de conce. præb. in 6. hoc plenè probat D. Gomes. in trac. mandata in forma seq. patet. secus si datus fuerit ad compellendum: ergo non opus aliam facere præsentationem, cum ad hoc fiat præsentatio, ut admittatur ordinario potestas conferendi, alii quam mandatario, & in hac sententiam sub obicure tamen inclinatur Compotel. in c. capitulum. col. 9. de rescript. curus verba infero.

Item nec in hoc casu, cum mandatarius executori, quod exequatur, ordinario negligente requiritur quantum ad priuationem potestatis ordinarii, vel probationem potestatis executoris, si executor negligente ordinario contulit, antequam appareat, vel ostendatur litera directa executori, dummodo ordinarius litera Papæ sibi directa receperit, & sic obtinuit, & hoc ideo quia quantum ad ademptionem potestatis ordinarii sufficit sola insinuatio voluntatis Papæ per suas literas ordinario facta, hæc illis, quod non procedit secundum eum. col. 7. & seq. quando soli executori scriberetur, ut prouideret in aliqua ecclesia, tunc non admittitur potestas ordinario, donec executor suam insinuauerit potestatem, & sic erit tunc necessaria literarum executorialium insinuatio.

infimatio, & ita debet intelligi gl. que alle-
gat Cōpottella in d. c. sic capitulo, in verbo, illo-
ra, de concef. præb. in 6. & c. si foli. ibidē, aliās non
requiritur infimatio literarū executoria-
lium, maxime in hoc regno, vbi mandatū
ordinariis collatoribus, dirigitur, non exe-
cutoribus, & hanc ſententiam videtur
probare gl. in verbo, dirigendum. ſ. item volu-
it de colli. in prag.

Nec refragatur, quod vna res nō debet di-
uerſo iure cenſeri. l. eū qui ff. de vſuca. c. cogno-
uimus. in ſi. & ibi gl. concord. plena. 12. q. 2. quia
hic ſunt duę literę, & nō vna, probatur in for-
ma ſeq. ibi per alias literas noſtras, & ibidē, prout
in eisdem literis, & ibi in dictis literis, & c. de ſic
literę executoriales nō ſunt hic: accēſoria
ad mandatū, quia mandatū ſine illis vale-
ret, & haberetur recurſus ad r'apā, nec ob-
ſtat. c. ſi ſuper grana de of. del. in 6. vbi dicitur,
quod potestas executoris eſt accēſoria, &
veluti accēſoria debet ſequi naturam ſui
principalis, quod eſt verū, v. c. extincto prin-
cipali & accēſoriū extinguitur: ſed iocus
eſt quādo principale extingueretur per ac-
ceſſoriū, vt hic eſſet, quod probatur in ſ. i.
ſupra de mand. vbi ſit in d. c. tantū literarum
mandatū non executorialū, ergo etiā ſi Pa-
panon daret literas executoriales, valeret
mandatū, nū in hoc regno ratione forme
datę in his conuentis, ſed vt videtur expēſę
in ſecondo Papā datur executor in parti-
bus, ideo non obſtat regula accēſorium.

Tutius tamen putare ante ſ. c. i. ambas
preſentari, poſt factū teneſe ſupradicta q̄
ſunt notanda, quia doctores nō elucidant.
Sed quod requiritur preſentatio ambarū
literarū, ſuit iudicatum in tertia camera, vt
dicunt in quęſtariū cōuocatis aliis. an. 1541.
die 23. Decemb. ſuper proceſſu motu inter
Nicolāu Maſſuau & Licobum Bavillau, re-
ligioſos ratione prioratus de Courbozon
& Thuyę diocēſis Aurel. an.

Arq. lum.

De preſen-
tatione ma-
dati multa

Preſentata Requiritur mādati pre-
ſentatio, etiā ſi eſſet clauſula decreti co. au-
dita in ſi. de reſcrip. ſp. c. cecileſia. 2. 1. 1. e. penden-
etiā ſi diceretur ex nunc. Alex. conſ. 197.
conſ. literatis. in 1. vol.

Præterea ſi dubitetur quib. debent præ-

ſentari mandata Ref. collatoribus quibus
diriguntur per hūc text. vobis præſentata
fuerint, non dicit executori faciendā præ-
ſentationem, debet tamē executor recipere
literas, antequā conferat. c. ſi. cler. ibi rece-
piſti mandū. de præb. in 6. ex honeſtate tamen
poſſe executori inſinuari mandatū nō ne-
gat tex. in d. c. ſi capitulo, ibi, abſque alia etiā exe-
cutoris inſinuatione. de concef. præb. in 6. quia
ſola præſentatio facta ordinario afficit, er-
go non eſt alia præſentatio executori faci-
enda, vt proxime dixi, & Domini in conſ. 14.
in cauſa. col. 2. tradit executorem datū ad cō-
ferendum extante negligentia non teneri
ad fulminationem proceſſus, vt dico infra in
forma literarum executor, in verbo, aut negligē-
tes fuerint. Item tex. in c. duob. de re. c. in 6. vult
preſentationem fieri debere illis, ad quos
ſpectat receptio, ſed ad executores ſeu ad
legatū nō ſpectat canonicorū receptio, er-
go illis non eſt præſentatio faciendā, & quia
illa decretalis duob. de illis non loquitur,
ergo in illis non habebit locum. l. ſi verū. §. de
viro ſſ. ſol. matr. l. ſi ſerui §. prætor. de acq. h. ere.
& vbi non cōueniunt verba. nec diſpoſitio.
c. indemnitatib. §. ſupradict. de ele. in 6. l. ita autē.
ſſ. de adm. cui bene ſuic. tex. in c. dil. etus. de offic.
leg. quem ſing. no. Barb. in repe. rub. C. qui admitt.
col. 31.

Quibus de-
bet præſen-
tari manda-
ta.

Executori
& legato
nō ſi man-
dati præſen-
tati.

Gratificare
an execu-
tor poſſit.

Nec obſtat quod executor dicatur colla-
tor, quia nō eſt ordinarius collator, nec ad
eum ſpectat receptio, de qua loquitur ille
tex. Item vnus ex duob. mandatariis debet
gratificari, iuxta formam. d. c. duob. ſed qui-
libet executor gratificare ſuū impetrantē,
& ſic eſſet maior contuſio inde. c. i. per c. pa-
ſtoralis. ſupra de reſc. item nō poſſet vnus ex-
ecutor, qui eſt datus pro vno gratificare al-
terum, aliās formā mādati excederet, con-
tra c. cum dicitur. reſc. ſic conſuluit Anch. conſ. 55.
l. tra. Et ſic inferitur, quod ſi quis prius præ-
ſentauit collatori, eſt præferendus illi, qui
ante præſentauerat nō executori, quam-
uis poſtea etiam præſentet dicto collatori,
quia præſentatio debet fieri iis, ad quos col-
lato ſpectat. c. duob. de reſc. in 6. & ibi Dom. A.
illoqui fieret fraus: nam quis aſſumeret v-
num executorē Romę, & alium in patria:
& executori Romę, ſtatim præſentaret. ſic

CCCC

consuluit Do. cōf. 34. graduatus. co. 2. A. i. in dec.
 Thol. q. 25. quāvis cōtrariū teneat D. de Rota. dec.
 100. vnius in no. & dec. 403. not. firmus in antiqu.
 quia sicut non liberatur is qui soluit ei cui
 Presentatus non debebat. l. cum maritum & l. seq. munitio C.
 episcopo & de s. l. ita presentatio facta ei cui fieri nō de-
 bebatur, non afficit: & sic prima presentatio
 afficit, intellige quando fit ordinatio secus
 si executori per praedicta. & an sufficiat
 presentare vicario, tradit gl. in §. visum. r. er-
 bo, vicario. de col. in prag. quod sic absente epi-
 scopo, & si fiat presentatio episcopo Romę
 degenti, per vñū mandatarium, & per alte-
 rü vicario degenti in episcop. debet praferri
 is, qui primo presentauit, quando sunt e-
 iusdem datae, & a prima presentatione cō-
 putatur mensis, si illa valebat, alioqui con-
 tra. d. c. duobus. ref. in 6. quia nihil refert, siue
 presentetur episcopo existenti in episcopatu,
 siue alibi, etiam si Romę esset, per ea quae
 scripsi in tract. nom. q. 14. nu. 24. & seq.

Quaro an semper requiratur presentatio:
 Res. non, quādo est creatus canonicus.
 c. si postquā. de preb. in 6. vel quando reserua-
 tio, vel inhibitio executoris est interpo-
 sita. c. ibi. qui de ref. hodie in Francia eo iure
 non vtimur: nam semper licet quis sit cre-
 atus canonicus in mandato, vt in hac forma
 licet videre, presentatio requiritur, ante-
 quam afficiatur beneficiū. c. si capit. de concef.
 preb. in 6. gl. in verb. ante receptionem in d. c. ubi
 qui. & ibi hoc tradit. doct.

Intra quod Et in hac presentatione siue insinuatione
 tempus de- ne mandatorum faciēda, nō est praestitu-
 beat māda- tum certum tēpus, sicut in literis ad lites. c.
 tū presen- si auiē. & c. plerunque. de ref. quia istae gratiae
 2071. sunt perpetuae. l. falso. & ibi las. in 1. no. C. de di-
 uer. ref. Si tamen duo mandata directa fue-
 rint vni habenti tantum collationē decem
 beneficiorū, & primus non presentauerit
 suū scriptū, donec secundo fuerit proui-
 sum, vel primo fuit statutum tempus intra
 quod presentaret, & non presentauit, tūc
 primus exclusus est, nec postea poterit pre-
 sentare. d. c. ubi. & ibi plenē Domi. & Phili. de
 ref. in 6. Vide intra quod tempus debeant
 nominationes presentari, in tract. nomi. qu.
 14. nu. 20. & seq.

Notandum est tamen quod dicitur in re-

gula can. 15. quod quando mandatarii sunt
 data pares, siue impetrantes, praefertur is
 qui literis suis habet clausulam motu pro-
 prio, si vterque habeat, vt in hoc regno, vel
 neuter graduatus praefertur nō graduato,
 & inter graduatos magis graduatus: ac in-
 ter aequaliter graduatos, prius graduati,
 necnō colorato titulo, possessores nō pos-
 sessoribus, & nō beneficiati beneficiatis, & si-
 militer caeteris paribus. oriundus nō oriūdo,
 & dicecesano, in reliquis, & c. Ecce ergo
 quomodo iste qualitates cōsiderat, quā-
 do ambo sunt pares, tā in literis quā in pre-
 sentatione, quia tūc collator tenetur gra-
 ficare vñū ex illis, & in hac gratificatione
 debet seruare has qualitates regulae praedi-
 ctae prout consuluit. Dom. d. conf. 34. graduati.
 de Selua, in tract. de benef. in 3. parte. q. 15. Multa
 de insinuatione mandatorum hic tradit,
 verum enimvero plenē tractauit in materia
 nominationū. q. 14. vbi licet cernere, nō repe-
 to hic. Septem requisita ponit domi. Ru-
 seus in suo tract. de mandat. Apostol. in 3. parte.

extra a Romanam curiam vacare
 contigerit, cum plenitudine
 iuris canonici, ac

a Extra Romanam curiam) Hoc
 deo dicit, quia beneficia vacantia in curia
 nullus extra Papam (nisi speciali potestate
 munitus fuerit) cōfer. c. 2. de pre. in 6. & diffi-
 cillius conceduntur vacatia in curia per Pa-
 pā, vt suis familiaribus possit prouidere: ideo
 solet frequētius Papa hoc in suis literis ex-
 cipere, vt hic. Et ideo beneficia vacantia in
 curia nō debētur mādatarario, nisi vt dixi sup.
 in gl. cōprehensa. si. prox. in §. declarantes. Et ad-
 uerte, quod ibi est curia Romana, vbi est
 Papa, & nō vbi est audiētia vel cōsiliū. gl. in
 §. 1. & pen. de col. in prag. & c. licet. §. censur. in
 verbo. curia. de elect. gl. in reg. can. 3. & gl. in ver-
 bo, Romane. §. nos itaque in extrau. exccrab. lo.
 22. no. in c. presenti de preb. in 6. Card. per illum
 tex. in c. dura de crim. falsi. Ideo beneficia va-
 catia eo loci vbi est legatus, nō dicitur va-
 care in curia, quia Papa tantū quo ad hoc
 habet curiā, vt iuribus supra adductis est li-
 quidū, ob id non potest legatus suis famu-
 lis & seruitoribus ibidē vacatia reseruare, cū
 etiam

etiã Papæ nõ permittatur, vt in rub. de reser-
ua sup. dixi, ergo non posset Papa concede-
re legato in Francia vacantia iuxta legatũ,
vt tantũ per eũ conferatur, cũ saperet re-
seruatione, quæ est omnino in hoc regno
exclusa, etiã quia esset magnũ præiudici-
um collatorib. Fraciæ, cũ legatus soleat re-
sistere in magnis ciuitatib. vbi multi bene-
ficiati moriuntur, & tollerent iura regni.

Postremo si aliquis in loco (in quo de-
git curia) suę originis domũ habes, diẽ clau-
dat extremũ in ea, ipsius beneficia non in-
cluduntur, nisi curialis antea fuerit, & oc-
casionẽ curiæ illud moraretur. c. presens. §.
sancti. de preb. in 6. Item etiã dicimus ibi cu-
riã Fraciæ esse, vbi est rex, non vbi est cõsi-
liũ. De curia vide versus traditos per Dom.
in c. vno. §. porro. de statu monach. in 6.

Curia ius curat, meretricis est curia dicta.
Curia curat ius genitrix, nutritrix, in aliorum.
Ignoris notos, in honestis aquat honestos, &
curia debetur honor & reuerentia. Bal. in c.
vno. an apud iudicem vel curiã que sitio, &c. etiã
iniuria facta curiæ censetur facta principi,
cuius vices representat. lo. de Placa. in l. ne-
mo. c. de digni. li. 12. In curiis principũ detra-
ctores & inuidos abundare, & paraliçi par-
tes non erubescerent, Lucas de Penna te-
stat in l. decurio fortunam. co. 2. c. de decur. li.
10. Multa addidi ad Alb. in d. d. in verbo, cu-
ria. & multa licet videre per Polycra. de nu-
gis curialium.

omnib. iurib. pertinẽtiis a suis ei-
dẽ N. conferatis b, & in illa, aut illa
prouideatis, seu ipsum ad illũ, il-
lã vel illum presentetis aut nomi-
natis. Ipsum q; N. in canonicũ, & in
fratrẽ vestrã vel alterius ecclesiæ
ad effectũ tantũ obtinendi digni-
tatẽ, personatũ, administrationẽ
vel officium huiusmodi recipia-
tis, ita illi sibi in choro

Pertinentia
a Pertinentia) Quarum appellatione
venit q; a leg. cõsuetudine, vel statuto de-
putata sunt, vt accedant, & ideo portioni
quodlibet accedunt omnia, q; ad ecclesiã per-

tinẽt de iure, cõsuetudine, vel statuto, vt
sunt iura eius parrochialia, dos primò in-
stituta, decimæ, & huiusmodi. teste Pan. & a-
liis in c. ad sedẽ. rest. spol. Dec. cõs. 516. quoniã. col.
pen. vbi fufius declaratur, & per Bar. in l. item a-
pud. §. conuincunt. ff. de iniur. Bald. in c. de causis.
col. pen. de offi. deleg.

b Conferatis) Et tunc dicitur iure or-
dinario conferre, quando aliàs habebat po-
testatẽ cõferendi, quia quoties papa madat
alicui per suas literas, vt faciat id, quod ali-
as iure ordinario facere poterat, non facit
eum delegatũ, nisi dicat, autoritate apo-
stolica, vel nostra conferas, vel aliquid op-
ponatur vltra formã iuris cõmunis. tex. jo-
seph. an c. cu ali quib. de reser. in 6. c. licet. de off. ord. Et
ibi Pan. pu. chre. de clarat. & Fel. in c. cum ex offi.
col. 14. vbi fufius casus. de preb. vel præcipiat,
vt hic. nõ tac dicitur facere autoritate de-
legata, idẽ qũ alteratur potestas ordinaria,
secus qũ tantũ remoueretur obstaculũ, ple-
nẽ Anch. in cõs. 215. scripsit papa. Vbi dicit
quod iudex in dubio præsumitur potius
pcedere ex potestate delegata quã ordina-
ria. all. g. lo. An. in c. si postquam. de elect. in 6. licet
contrariũ teneat Fel. in c. si. col. 2. in 4. decla-
re in quod limitat las. in l. ius autẽ civile. col. 1.
ff. de iust. & iure. Soc. cõs. 250 in causa. col. 3. vol.
3. vol. 2. Coll. in c. relatu. de preb. quod est notã-
dũ propter appellationes interponẽdas. gl.
in extrana. seies de off. del. in cõmuni. Do & lo.
Vanuel. in c. si clericus. de preb. in 6. Et ista verba
autoritate nostra cognosceas. faciũt dele-
gatũ quãdo apponũtur in dispositiõẽ prin-
cipali, secus si in executiõẽ vel cõfirmatio-
nẽ. Inol. in c. quoniam de off. deleg. col. vlt. Dec.
cõs. 500. in causa. col. pen. nu. 1.

Et ille procedens ex duplici autoritate,
non põt cogi ad eligẽdũ alterã, cũ possit ex
vtraq; pcedere, si cõpatiãtur se simul: Im-
põssibile est ali in d. c. ex off. per tex. in c. significanti-
de off. del. & poterit eligere, vt in parte vnus
causẽ vtatur autoritate ordinaria in alia
deleg. per c. nisi de pre. no. in c. in noue. de el. ab a-
d. resoluti. Fel. in d. c. ex offi. & post eũ d. Pari-
sius ibid. las. in l. in si. c. de furis. tex. in d. l. iter.
in prin. d. præsump. Et si vacet prebenda, cui
annexa est dignitas etiã est conferenda

*Autorita-
te delegata
vel iure or-
dinario
quando
quid fieri
dicitur.*

*An quis co-
gatur elige-
re ex qua
potestate
procedat.*

mandatario. Idem si dignitas cui annexa
præbenda. *rex. in clem. si de præb.*

Mandatum
an expiret
per acceptationem
vnius beneficii
eiusdem.

Quid si mandatario fuerit in vim mandati collatum beneficium quod postea ab eo euictum fuerit: an mandatum per acceptationem expirauerit? Res. nō si cū protestatione vel ignoranter illud beneficium alteri iure debitu acceptauerit. *gl. & doct. in c. 2. de reser. in 6. plenè Rom. cons. 329. præsens consultatio.* [Ideo debet acceptare illud quatenus sibi debeatur, protestans in casu euictionis de habendo recursum ad aliud, si superius scripsit, vide *cl. vlt. de præb. cui dedit nouū intellectum. & Colle in c. inter. col. vlt. de præb. & rex. in c. si plurib. ill. ut in 6.] & quid si plura vacauerint eodē momento beneficia, quod debeatur mandatario. [vide *c. si plurib. de præb. in 6.]**

De dictione
seu.

c. seu Alternatiuè ponitur. *Barb. r. & alii in c. si quis presbyterorū de reb. eccl. non alienan. Rom. cons. 65. in si. de sui tamē natura intelligitur augere. i. si quis i. a. ff. de auro & argen. legat. ibi, hoc enim verbum, scilicet, seu ampliandi legati gratia positum est. & hoc in legatis, secus in contractibus. *l. mol. & Dec. in c. inter de reser. vbi latius traditur. vide duas limitatio. per las. in l. pen. C. de verb. sign. col. 2. Et que dico in tract. q. 14. nu. 44. text. & ibi Iacobi. in l. plerūque. §. si. de iur. dot. Regi. de bellamera. cons. 2. col. 2. Angel. in rub. de excep. in insti. in pr. Et sic accipitur declaratiuè, alternatiuè, & ampliatiuè, vt nuncupatim scribit Bal. in c. 1. col. vlt. in 2. lect. de iud. Cotta. in 2. parte memorialiū. in verbo, seu.**

d. Recipiatis Et nota quod quādo papa, vel alius confert præbendam personatū, vel dignitatem in ecclesia cathedrali, vel collegiata tūc mādāt postea capitulo, vt recipiant illum, cui est facta prouisio. *per rex. hic. & in c. post electionē. de concef. præb. Et ista receptio pot fieri canonicos singuliter. Car. in cons. 103. casus super quo. col. 2. Bal. in c. ea te. col. pen. de reser. quia in executione quilibet videtur assumptus, vt facilius sit executio: ergo quod vnus ex capitulo cepit, alter perficere potest. vnde lex dicit quod iudicium inchoatum à pupillo cum autoritate tutoris, potest perficere solus tutor. *si i. deo. ff. de euict. nec refragatur. c. in Genes. de cl.**

Receptio
quomodo
fieri possit,
& quatuor
plex sit.

quia loquitur de electione prelati, secus ergo in receptione facti & hoc etiam receptio potest fieri per excommunicatos. *ca. vlt. de præb. in 6. & Pan. & lino. Bal. in c. ap. l. hon. col. 2. de reser. & ibi plenè Barb. col. 8. Et per residentes tempore peccis, licet non faciant: maiorē partem capituli etiam non citatis absentibus, vt expresse dicitur de Papa, in tract. de peccis. in 1. parte 2. part. & privileg. vers. sed vlt.*

Si tamen canonici receperint vnū, coguntur recipere alterum pro conseruatione iuris illius tantum, nō simpliciter. Etia videtur iudicari in parla. an. 1533. die Iulii 15. ius vnus pereat, non habita receptione facti, & hic nō tenebitur soluere aliquid pro ingressu, vt dixi supra. de reseruat. §. si quia nō est receptus simpliciter, sic dixi cogendū ordinariū ad conferendū qualificato, ad conseruationem iuris sui, in *gl. immediatum. in si. §. si quis verū. de colla. supra.*

Notandū est quod duplex est receptio. Vna est receptio facti quando prius facta fuit collatio per papam vel alium collatorem, & postea canonicum illum recipiunt, assignado stallum in choro, & locum in capitulo, & de illa potest intelligi quod supra dictum est. [Adeo quod si mandetur capitulo, vt recipiant tale Nō in canonicum singuli ligantur, vnde si collegium nolit recipere, quilibet illum recipere poterit in eo quod confutur in facto, secus in iure, vt In. & Pan. docent. in c. ante col. pe. de reser. doct. in d. c. post elec. de concef. præb. c. si cap. illo in 6.] Et ita nō debet denegari post collationē factam, qui capitulum nō habet causæ cognitionem, & si velit recipere cognitionē, vidit tanquā ab abusu appell. à capitulo. An deg. qui sic faciebat, & male, & abusuē reculasse pronunciatam, an. 1537. die 2. Aug. *Arreph.*

Altera quæ sumitur pro collatione iuris canonialis, & præbendæ. *gl. in cap. cum aliis quibus. de reser. in 6. Rota dec. 441. fuit dubitatum. in nouis. & de hac loquitur. cap. presentium. glof. ipsorum de reser. in 6. vbi glo. dicit in hac vocandos esse absentes. secus in altera. Dom. in cons. 84. quia istud. col. 2. per gl. in c. in verb. recipiend. de iure in 6. & ista*

ista singulariter non possit fieri per d. c. in
Gen. de Ripa in c. cum M. no. 12. de consuet.

Quatuor differentias inter istas duas re-
ceptiones scribit Io. Stapin. in tract. de lue-
teris gratie. in 3. forma literarum expectatiua.
fol. 16. Et seq. quas transcripsi Goues. in eodem
tract. in 5. forma.

& locum a in capitulo cum pleni-
tudine iuris canonici assignetis:
inducentes b eundem N. vel
procuratorem suum eius

a *Locum in capitulo.* Ita sunt iu-
ra canonicorum. c. pro illorum. de preb. Alia
etiã per quã probatur possessio prabendæ
ponuntur in c. de lecto. ibid. Et dixi in gl. cano-
nicorum. in §. 1. supra de coll.

b *Inducentes.* Et sic non sufficeret
alicui conferre, nisi eidẽ daretur possessio.
Quia per collationem beneficii, vel insti-
tutionem, non transfertur possessio. c. cum
Berold. ibi. ipsum influit in eadem in possessio-
nem eum induci faciens corporalem. de re iudi.
gl. in c. per tuas. de donatio. Et antequam ali-
quis in hoc regno possessorio agere possit,
necesse habet prius possessionem accipere
etiã si in ius alterius subrogatus fuisset.

prout tamen dixi in §. declarantes. in verbo,
successores dem. ord. apostol. Et potest induci
quis in possessionẽ per clericũ, siue notari-
um, vel presbyterum, iuxta mandatũ epi-
scopi, vel archidiaconi. Debet tamẽ his ha-
bere duos testes, in quorum presentia hoc
fiat, & tutius est habere notariũ. Ita consue-
tũ est Paris. nec refert, siue sit apostolicus,
siue regius, & intra quod tempus teneatur
quis adipisci possessionẽ beneficii sibi col-
lati. Pan. in c. capitulum. col. pen. de reser. dicit
non esse à iure præfixũ tempus, sed hodie
per reg. cance. 34. tenetur is cui resignatũ est
beneficium, intra sex menses possessionẽ
adipisci. Si moriatur resignans & benefi-
ciũ ei à papa sit collatum. Si verò collatũ sit
ab ordinario, intra mensem, sed si resignas
viva, potest usq; ad mortẽ resignantis pos-
sitionẽ adipisci. Si autẽ aliã quã per re-
signationẽ collatum fuerit beneficium ali-
cui tenetur is intra annum computandũ à

die possessionis adeptæ ab aduersario suũ
possessionẽ capere, aliã in hoc regno ex-
cludetur à possessio. vt in ord. reg. des mo-
niers possessores, Boer. plenẽ in decis. Burdeg. q.
312. sed intra quot. Et ego abundantius in pract.
beneficiali. [Et debet quis dicere se accepit
se possessionẽ in vim collationis ordinariũ,
vel prouisionis apostolicæ, si tamen quis
acceperit possessionẽ non facta mentione
tituli, dummodo ille titulus sufficiens sit,
non vitatur possessio. & ita cõclusum fuit,
& in mente curiæ retentum, ann. 1540. die

18. Feb. inter Iacobũ ecclison & Guillel-
mum Caiornel.] & hæc missio seu indu-
ctio, in possessionem quæ inuestitura dicitur,
non præcedente collatione habet vim
collationis, quãdo is habet vtramq; pote-

Arrestum.

statẽ, scilicet conferendi & mittendi in pos-
sionem, vt hic Et de renun. ac c. pro ill. rii. induci in
de preb. c. auctoritate. & ibi Pan. de m. vbi di-
cit quod inuestitura habet vim collatio-
nis. Idẽ tenet in c. 2. de consue. per tex. in 1. de quodrem-
consue. recti feudi. vbi inuestitura dicitur col-
latio. facit c. cum aliquib. de rejer. in 6. Et c. cum
in ecclesiis. de preb. eo. lib. vbi dicitur recepti-
onem actuale in canonicũ habere vim col-
lationis. inductio verò post collationẽ di-
citur facti, nullum ius tribuens, sed primũ
exequens. c. cum olim. de re iudi. Et c. ex ore.
de his que sunt à maiori parte. c. post electionẽ.
de concess. preb. sic consuluit Roma. cons. 337.
quo ad primum. col. 1. vbi dicit quod hæc in-
ductio cum sit facti, & executio præcedẽ-
tis iuris, non potest impediri per aliquam
exceptionem vel appellationẽ, nisi oppo-
neretur crimen cum infamia. c. cum ecclesi-
astica. de excep. c. constitutus. 2. de appel. c. super
his. Et c. accedens. de accusat.

*Per quem
posse quis
induci in
possessionẽ
cit quod inuestitura habet vim collatio-
nis. Idẽ tenet in c. 2. de consue. per tex. in 1. de quodrem-
consue. recti feudi. vbi inuestitura dicitur col-
latio. facit c. cum aliquib. de rejer. in 6. Et c. cum
in ecclesiis. de preb. eo. lib. vbi dicitur recepti-
onem actuale in canonicũ habere vim col-
lationis. inductio verò post collationẽ di-
citur facti, nullum ius tribuens, sed primũ
exequens. c. cum olim. de re iudi. Et c. ex ore.
de his que sunt à maiori parte. c. post electionẽ.
de concess. preb. sic consuluit Roma. cons. 337.
quo ad primum. col. 1. vbi dicit quod hæc in-
ductio cum sit facti, & executio præcedẽ-
tis iuris, non potest impediri per aliquam
exceptionem vel appellationẽ, nisi oppo-
neretur crimen cum infamia. c. cum ecclesi-
astica. de excep. c. constitutus. 2. de appel. c. super
his. Et c. accedens. de accusat.*

Et per hoc dicit Anch. in cle. vna. in 10. no-
tab. de concess. preb. quod cum ista possessio
sit facti, non tribuit ius, nec est sub eodem
genere cum collatione, & ideo collationẽ
nõ potest inducere. secus in inuestitura fa-
cta ab eo, ad quem spectat collatio, quia in-
uestitura & collatio sunt multum similes,
ideo faciliorem functionẽ recipiunt, quia
in eodem genere sunt h. 2. S. ff. de ceru. pra. &
in symbolizantibus facilis est transitus. l. si
vnu. §. pactus. ff. de pact. Et vna bonorum

CCccc 3

Inductio in
possessionẽ
quãdo vim
habet pos-
sionis. Et
quomodo
possessionẽ
posse.

possessio in aliam, etiam sibi opposita, conuertitur, quia in eodē genere sunt. l. sed cū par. ff. de bon. poss. l. 2. §. sed si sub conditione. de bon. poss. secundū tab. tamen bonorum, quia est eiusdē generis cum additione. l. puberem. C. de iur. delib. Idē dic in l. si quis. §. iudiciū. ff. de ope. lib. quod ego intelligere in, qm mitteret in possessionē exequendo mandatū alterius. secus si circa mandatū, quia tunc mittendo in possessionē videretur conferre alioqui peccaret sic intrudendo eum & in dubio nō debemus præsumere delictū. l. merito ff. pro soc. sed vt res potius valeat quā pereat. l. quoties. 2. ff. de reb. dub. & sup. dixi.

Executor intra quod tempus debeat conferre.

Quæritur intra quod tempus debeat executor conferre: videtur qd saltē sex menses, nā postea excluditur. c. 2. de concess. præb. Resp. contrariū est verum, quia nō est præstitutū aliquod certum tempus executori apostolico de iure, nisi in rescripto apponatur. cle. vna. & ibi no. de concess. præb. cle. si de benef. præb. ideo potest quādoq; conferre, sicut Papa, vt dixi in d. c. 2. nam fungitur vice papæ. c. sanē de offi. deleg.

Fallit quando grauatur certa persona, vt in his mandatis. nā tunc executor debet prouidere quam diu durat potestas illius grauati, cui directū est mandatū. postea vero nō poterit prouidere, donec deuoluatur ad papam. gl. in §. visum in verbo, respecti uē. de colla. in prag.

Secundō, fallit in executore inferioris à papa, quia is habet tantum sex menses, sicut cōstituens quia subrogatus debet sapere, naturā eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis eaurio. Io. de Selua in tract. de benef. in 3. part. q. 64.

Tertiō, fallit quādo est executori taxatum tēpus, tunc tempori limitato nil addetur. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. alioqui siue mandato conferret post tēpus, & sic nō valeret. c. cū dilect. de rese. vide quæ plenius scripsi in gl. intra sex menses. §. 1. sup. de reg. ad præb.

nomine in corporalem a possessionem canonicatus & præbendæ aut dignitatis, personatus, administrationis, vel officii, seu beneficii huiusmodi, iuriumque & per

tenentiarum vniuersorum prædictorū defendentesq; b inductū, ac facientes N. vel pro eo procuratorem prædictum ad præbendā, aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, seu beneficium huiusmodi quodcunque fuerit (vt moris est) admitti sibi que de illius vel illorū fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè e responderi. Non d obstantibus forsā

a **Corporalem.**) Duplex est possessio, corporalis videlicet quæ dicitur naturalis, altera civilis, quamuis Bart. triplicē esse teneat in l. s. in prim. ff. de acqu. posses. Et hæc possessio corporalis probatur. in l. 1. §. per seruum corporaliter pignori datum. ff. de acqu. posses. & in l. habet §. placeat. & ibi glo. in verbo, corpore, exponit, id est naturaliter de precario. c. cum contra. in fin. de pign. c. quod autem. de iure par. & sic idem est possessio corporalis & naturalis. Alex. & Is. in d. l. 1. & de duplici naturali tradit Bal. cons. 338. præmittendum in 5. vol.

Vel potest dici, quod quædam est possessio de corpore in corpus, vt si possideo rem corpoream, vt equum, alia de corpore in non corpus, vt si homo possideat feruitatem. Alia est de nō corpore in corpus, vt si filius possideat fundum. Nā filius est persona incorporealis, & ideo vbi que dicitur esse, not. in l. 1. C. de quæriben. præter. & in rub. de iure fise. lib. 10. Alia est de non corpore in non corpus, vt fiscus & ecclesia, quædo habent feruitatem. Bal. in c. coningui. col. vlt. de dolo. sicut de damno dicitur in §. ff. in §. de leg. Aquil. Multa de possessione licet videre in titulis or dinariis. vide quæ dico in rub. de annatis. infra in verbo, possessioni. & in rub. de materis possessio. in 3. como. ord. reg.

b **Dependentē.**) Operatur hæc clausula executori directa, vt etiam contra defuncti tertium possit cognoscere turbantē illum quod operatur man. iur.

mandatarium, licet alias non posset. c. pro illorū. de preb. c. i. de offi. deleg. Facit qd dicit gl. vi. in c. non solum. de appell. in 6. quod iudex deputatus in causa appellationis, non potest cognoscere contra tertium attentantem. Fallit quando est ista clausula, ut ibidem dicitur per doct.

Item facta executione expirat potestas delegati. c. quæ erunt. de offi. deleg. tamen hæc clausula facit, ut executor per aliquod tempus possit defendere possessorem. Henric. Boic. & alii in d. c. pro illorū. Imò mortuo concedente, virtute istius clausulæ nõ extinguatur scriptum in ista officii conservatoris. c. si. §. officium. de offi. dele. in 6. Ioan. And. & alii in ca. si cui. de preb. ibidem. sic consulti Card. conf. 10. Iacobus. col. i. vers. hic tamen oritur. in hoc regno Franciæ facta collatione per executorẽ extincta est statim sua potestas, ita quod si turbetur mandataris, intentat interdictum uti possidetis, & literas mantenentiæ, siue fassinæ impetrat à rege, seu à sua cancellaria quas dirigit iudici regio illius provincie, vbi beneficium est situm. arg. l. pen. C. ubi rem. act. & non solent concedi hæc literæ à feneschalis, vel baillivis: secus in literis in casu spoliationis, & de nouis dissaisinis. Ioan. Berbe. in viato. iuris, in pract. legum regia. Aufr. in phylo. parlam. in i. parte, rubr. de causa nouitatis vers. item in causa. & in rub. de modo procedendi super nouis dissaisinis. Imò in hoc regno executor non excommunicat, nec causæ cognitionem recipit, sed tantum facit collatione, alioqui si excommunicaret, appellaretur ab eo à notorio abusu, & reformaretur per senatum, ut vidi in practica seruari dixi in forma seq. in verbo, contradictores.

c. Integrè. Quia beneficia debent conferri sine diminutione. cap. vno. ut ecclesiast. benef. sine diminutio. conferan. & fructus per residentes integrè recipit. c. licet. de preb. & de præbenda integra & dimidia est text. in c. cui, de non sacerdotali. de preb. lib. 6. vide tex. in c. cum M. in fine. ibi, cum integritate. de const. de multiplici integritate scripsi in l. silua. §. integræ. ff. de verbo. signif.

d. Non obstantibus. Ista est vltima

pars mandati, cui addi, & subtrahi potest pro facti qualitate. nam si illegitimus, vel alius inhabilis impetret mandatum, his non obstant. potest addi. nõ obstante quod de legitimo matrimonio natus non fuerit & ideo ista pars quo ad omnia verba hic posita non est de forma substantiali, sed nõ obstantie generales sic, sine quibus mandatum suas non contineret partes, ideo forma ommitteretur. quare licet in ista parte non apponeretur hæc clausula de certo canonicorum numero, si non dirigeretur ordinario habenti collationem præbendarum, crederem valere mandatum, si in dispensatione supra poneretur, quia istæ non obstantie non debent poni nisi fuerint necessariae, & aliæ etiam necessariae, debent addi, ut supra dixi. Et ideo in vno mandato vidi illam clausulam mandati vltimam, seu si dictus præfens non fuerit, &c. fuisse omisam, tamen mandatum bonum, & secundum formam fuit iudicatum per prædicta.

Et nota, quod hæc clausula non iustificat impetrantẽ in literis papæ posita. Fel. in c. i. col. 3. in fi. vers. lim. 3. de rescr. & quauis per hanc clausulam non augeatur gratia. cle. i. de preb. tamen declaratur intentio circa concessa. Bal. in l. eam quã. col. o. ver. sed pone. C. de fideic. Fel. in c. nonnulli. col. 28. in 15. concl. de rescrip. vbi de his non obstantib. plenè, & ad saturitatem licet videre. ego multa cumulaui in extrau. ad reprimendum. in verbo non obstantib. quomodo in læsæ maiestatis crim. proceda. vbi Bart. multa dicit ad illum recurrito.

Nota tamen quod in omni materia derogatur per verba generali emissa ab eo, qui potest derogare, si per ea appareat de eius mente, videlicet quod intendit derogare. Ioan. And. in c. i. col. pen. de except. refert Collect. in cap. cum dilecta. col. i. de rescript. & plures text. cumulat Ioan. And. in cap. vno. in fin. de excess. prel. in 6. tamen non derogatur iuri patronatus laicorum, teste Roma. in reperi. l. si verò. §. de viro. col. 18. ff. solut. matr. fal. 23. Et ista clausula non obstantibus non est necessaria in legibus, quamuis in rescriptis, & statutis necessaria sit. Bald. in margæ.

Hæc quæ
ra pars m
danti, an
de forma,
& de clau
sula non
obstant.

Clausula
non obstan
in legibus
non est ne
cessaria.

Littere ma
nutenentiæ
non solent
concedi à fe
neschalis.

Clau
sula
non obstan
in legibus
non est ne
cessaria.

marga. in verbo, clausula q. 10. alleg. gl. sing. in verbo. nullam. in c. veniens. de rejer. Nam secunda constitutio prima derogat. sine alia expressione. c. 1. de const. in 6.

(vt supra) de certo canonicorum numero, & aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dicta vestra, vel alterius ecclesie iuramento, b confirmatione c

Inferior an possit rei clausula non obstant. constitutio nibus.

Constitutionibus.) Quibus non possunt derogare inferioris. *clm. ne Roma. n. de de. Ideo nullus inferior potest vti clausula derogatoria, vt pote, non obstante aliqua lege, vel constitutione in contrarium faciente. Alex. & alii in l. Nemo potest ff. de leg. 1. Nec valebit conventio, vt pars non soluens intra terminum praescriptum, possit excommunicari no praecedente mentione, & sic non seruata forma. c. sacro. de sent. excom. lxx. & Pan. in c. P. & G. de offi. deleg. Alex. in l. alia. §. eleganter. col. 3 ff. sol. mat. vbi etiam dicit non valere conventionē, vt quis propria possit capi auctoritate, quia no est dominus membrorum suorum. l. l. i. h. o. ff. ad leg. Aquil. nec potest testator damnare haeredem ad soluedas vsuras legataris, si distulerit legata soluere. Bari per illu text. in l. 3. §. si. & ibi addidi. ff. de annuis lega.*

Sacerdota- te beneficiu an possit no sacerdoti mandata- tio conferri.

Sed operatur haec clausula, vt videantur sublata, vel saltem dilata statuta ecclesiaru contraria, forte requirentia: quod impetrans sit sacerdos: nam sufficet quod infra annum promoueatur. *de Rora deci. 466. no. 21 quod statuta. in antiq. non tamen derogant ordinationi fundatoris, nisi exprimatur, sicut de iure patronatus laicoru dicitur in deci. 3. s. statutum in no. vbi dicitur per hanc clausulam non tolli defectu personae, nec induci dispensatione contra ius comune. vt no. lo. monac. in c. cum aliquib. de rejer. in 6. nec per istam clausulam generale in rescriptis positam censetur regulis cancellariae derogatu, nisi expressa de illis fiat mentio. teste Ioan. de Selua in irac. de benef. 3. part. q. 46. Gomes. q. 5. in proximo regula. vbi plene explicat. si tamē dicatur no obstantib. regulis cancellariae, omnib. videtur derogatu, per quas possit concessio impediti, vel differri.*

Defectus personae no tollitur, & dispensatio no inducitur per non obstantibus.

Dom. in c. si propter. de rejer. de stylo tamen cancellariae Rom. est quod expressa fiat mentio. teste D. Gomes. vbi si. pr. q. 6. Imo in dote, quod no valeat legatum, vt haeres teneatur soluere vxori decem, quousq; dotem habebit. consuluit Anch. conf. 93. verba. & Soci. conf. 56. viso. in 3. vol.

b iuramento.) Hoc ideo expressit, *Albiu* quia dispositio derogatoria non tollit acti iuratum. Itē nec papae constitutio, vel ita. *soluatur* tutu, seu ordinatio, nisi exprimat, *vt hic* *verba de* *gl. sing. in c. ciu non deeat. de ele. in 6. cl. dudu §. si. g. in 6. de sep. Possim adducere Ludo. Rom. fin. 7. & in rep. l. si vero. §. de viro. 23. fallen. ff. sol. mat. & conf. 514. & conf. 404. & conf. 436. Alex. & Vin. in l. 1. in pr. ff. ad leg. Fal. & Alex. conf. 27. in 2. vol. nu. 25. & conf. 205. ibid. & conf. 38. q. 2. in 3. vol. 52. nu. 32. ibid. & conf. 135. in 6. vol. Possim etiā ad corroboracionem huius dicti adducere Barb. in c. col. 17. nu. 75. de rejer. & in c. 1. col. 19. de ele. & conf. 23. col. 4. in 1. vol. & conf. 47. col. 19. ibid. *Dom. in conf. 83. las. conf. 233. col. 6. vol. 2. & conf. 171. ibid. ac conf. 173. col. pen. vol. 4. & in l. si mihi & tibi. §. si. ff. de leg. 1. Alber. Brun. in conf. 12. col. 9. in materia feudali, & in tract. de forma & solemnitate actus. fol. 94. Ro. decif. 633. in antiq. Thomā Ferrariu, caue. 55. Fel. in c. nu. 20. de post. Bened. in rep. c. R. ymatus. in verbo. restan. in 2. nu. 18. de restan. Possim allegare alios de ceteris antiquos, maxime Alber. in par. statuto. q. 15. & V. al. de Camb. in tra. clausula in clausula non obstantib. fo. 7. in par. 10. vol. alios quos de industria missos facio: tum quia ceteriores eos allegant, tum ne iectore turba allegationum fatigem. & plenissime Fel. in c. constitutus. de rejer.**

Luat etiam in alio haec clausula, vt licet Personae quis iurauerit tempore suae receptionis in non est canonice seruare statuta & consuetudines personarum laudabiles ecclesiae, sitamen postea impetrata turet a papa praebendam vel alud beneficium *contra* consuetudines ecclesiae. no erit per iurus, & valebit huiusmodi impetratio. *domini de Ro. & deci. 294. licet quis. in no. Aliqua* do vidi in rescriptis apostolicis hanc clausulam apponi, suppletes omnem defectu, quae tantum defectus iuris positui no naturalis, nec incapacitate personae tollit. *et ibi Cardin. Ant. & alii de transact. Fel. in c. ex parte*

De clausu. parte. 1. col. 16. vers. & istis. adde. & c. postula. si. co. 16. vers. tertius casus. de resc. Dec. cōf. 4. 41. & cōf. 51. 5. & cōf. 141. & cōf. 602. Guido pape in suo tra. de resc. & cōf. 65. Alex. cōf. 75. in 1. volu. n. 20. Soci. cōf. 120. col. 5. in 3. vol. vbi licet de hac clausula videre alia. Et per Bert. cōf. 41. multa. j. me. nu. & vol. 1. de primo impressis. Et nullus citra papam vel principē nō recognoscentē superiorē pōt hac clausula vti. Ias. in l. nemo. potest. nō primo. in secunda lectura. ff. de leg. 1. vide text. in extra. si de creuga. & pace in communib. & lo. Dayna. in verbo plenitudine. in rub. de regia. ad prel. nomina. faciend. supra eod.

Statutum c. Confirmatione Nam statutum cōfirmatum à papa cenetur esse papæ. l. 1. §. o. mnia. C. de veter. iure. enuc. c. si apostolica de preb. an & quā. in 6. Idē dicitur in c. quia sepe. de el. in 6. & legatus vel alius inferior nō pōt illud tollere. c. inferior. 21. dist. cl. ne Romani. de el. d. c. tñ quōd statuentes possunt tollere statutū. ca. pro illru. de preb. quatenus respicit utilitatē propriā. secus si e. clesie. vel aliorum utilitatē. vel fauorē publicū respiceret. aut quādo statutū nō teneret sine cōfirmatione Papæ. vel qñ esset apposta clausula decreti. Fel. in c. qualiter. 1. col. u. in 6. limitatio. de accus. & in c. cō. accessissent. no. 3. de cōst. tex. in c. dilecto. & ibi doct. de preb. Et istud operatur hæc expressio. quia clausula. nō obtātib. nō tollit dispositiones per principem cōfirmatas. gl. in cl. dudum. in si. in verbo pacta. de sepul. Fel. in c. constitutus. col. pen. vers. considera. 3. de resc. Ias. conf. 105. in causa. col. 2. in 1. volum.

Item clausula nō obstantib. statutis talis ecclesie nō tollit statuta illius ecclesie. cōdita per Papæ prædecessorē. Lud. Roma. cōf. 327. Itæ sunt quia difficilius tollit Papa constitutiones prædecessoris. quā statuta inferiorum. iniuriam enim mihi facio. cum prædecessorum meoru iura perturbod. dicit Papa in c. quod vero. 25. q. 1. Nec refragatur c. 1. de const. in 6. quia verum est quod ignorare præsumitur statuta inferiorum. nisi illa sciat. quod facilius ea tollat nō dicitur ibi. vel quod non tollat. Fel. in c. nōnulli. col. u. vers. no. 2. de resc. De confirmatione multa. & quotuplex sit tradit Pan. & Dec. in rub. de consir. vii. per pōtū gl. in c. quia diuersi-

tatem. de concess. preb. vbi ponit tres effectus confirmationis in forma communi tradit etiam Pan. in c. cum super. de causa poss. addit etiam confirmationem operari iudicis decretū. Bal. in l. quæcunque. col. 2. C. de bonis quæ liber. Itē tribuit causam præscribendi. Ioan. Aud. & alii in c. dudum. de dec. & vltra præstat auctoritatem administrandi. vbi aliàs electus non posset administrare. gl. in c. quanto. 63. dist. no. in c. auaritie. de ele. in 6. Pan. in c. no. sti. & c. transmissam. de elect.

Item confirmatio etiam in forma communi facit sententiam præsumi iustam. Im. in c. ea quæ de re iud. Alios effectus vide per gl. in c. pater. 17. q. 4. & doct. in l. more. ff. de iuris. omni. iud. quia hic de confirmatione possem facere magnum tractatum.

apostolica, a vel quavis firmitate alia roboratis b statutis & consuetudinibus c contrariis quibuscūq; d, aut si vobis, communiter, vel diuissim ab apostolica

a *Apostolica*) Alia ergo est auctoritas apostolica. Alia est legationis. c. hi qui. c. si apostolica sedis. c. si a sede. de preb. in 6. Vnde legatus nō pōt dicere auctoritate apostolica concedimus. sed auctoritate legationis. & per hoc patet. quod is qui est adeptus possessionem in vim bullæ legati. si dicat provisionis apostolicæ. falsum dicit. vnde vide reuici adeptionem possessionis in vim provisionis apostolicæ. q̄ erat accepta in vim signaturæ legati. vt dixi in tract. de pacifi. posses. posse adipisci possessionem in vim signaturæ etiam legati. quia gratia est perfecta. ibi probaui.

b *Firmitate*) Vtpote adiectione præ. In statuta nã. ad quam possunt etiam carentes iurisdictione se obligare inuicem. vt obseruent adici postatum. licet aliàs non possint carètes iurisdictione adicere poenam in statutis eorum. nisi in casib. traditis per Ias. in l. omnes populi. n. 35. col. 8. ff. de iust. & iur. Auffsre. in decis. Tholosæ. q. 405. vel dic firmitate. videlicet cōfirmatione legati. aut episcopi. vel alterius. seu alia firmitate. gl. in c. cum aliquibus. de res. scr. in 6. & c. quia sepe. de ele. eodem lib.

DDddd

b Statutis) Et si capitulum cathedra-
lis ecclesie potest facere statuta licita, non
tangenda generalem statum ecclesie, vel
preiudicium episcopi. *gl. sing. in c. constitu-
tionem. §. ceterum. in gl. i. de verb. sign. in 6. Fel.
abunde in c. cum omnes. col. 4. de const.*

Et in literis gratie solet statuti eccle-
siarum derogari, vt hic. *tecus in signatura
de iustitia. arg. l. falso. C. de diuer. resc. ubi, que
ad ius rescribuntur, vt c. causam. de resc. hoc no-
minatum docet. lo Staph. in tract. de literis gratie.
fo. 149. vers. hinc est quod. Et an appellatione
statuti veniat & comprehendatur ius com-
mune, vide per Dominic. & alios in c. statu-
rum. in prin. de rescriptis. in 6.*

**No. de ver-
bo. quibus-
cunque.**

c Contrarius Ideo dicit quia Papa cō-
suetudines seruari vult. *c. si. de cons. in 6. quā-
do nō sunt contrarie actui pro quo scribit.
c. ex parte. §. ubi. gl. & doct. de concess. preb. cl. du-
dum. §. pe. ubi, in quantum sunt premissis, vel ali-
cui premissorum contraria de sepul. gl. in verb.
vacantib. in auct. de here. & sal. col. 9. in prin. A-
lex. cōf. 122. in 4. vol. de hac clausula late Feli.
in c. nonnulli. de resc. doct. in c. si propter. ibi ut. in
6. Vital. in tract. claus. fo. 7. col. 3. & seq. D. Probis
in c. si. de cons. in 6. Apud lo. Monach. & c. et cui. i-
bidē. Imo non valet gratia vel rescriptū cō-
trarium consuetudini, statuto, vel priuile-
gio, nisi de illis fiat mentio, saltē per hęc ge-
neralem clausulam nō obstantib. & c. vt hic,
quia sicut concedendo legē posteriorē nō
videtur derogare cōsuetudini, vel statuto.
c. i. de cons. in 6. sic faciendo gratiam vni, non
videtur tollere consuetudines, vel statuta
cōtraria. Perus. in c. cū aliquib. i. no. de resc. in 6.
c. ultimo. de cons. eo. lib. & c. cū in eccles. de preb.
ibid. ideo apponitur hęc clausula non ob-
stan. & c. * Itē valet gratia, in qua impetra-
tur dignitas, licet non exprimat Francis
consuetudo, per quam non debet confer-
ri, nisi canonico. vt scripsi superius in rub. de
reserua. §. si. & hoc docet Francis. Marc. in decis.
suis. q. 133. in 2. parte.*

d Quibuscunque) Et dicit quibuscū-
que, nā quando duo vel plura obstant, non
sufficit quod vnum vel duo remoueantur,
etiā si apponatur clausula generalis, sed o-
mnia tolli debent, vt hic per hęc verba ge-

neralissima quibuscunq;. *Bal. in l. fin. in lex.
Ælia sentia. per illu. rex. de here. inst. & in l. col.
7. C. de iur. iur. con. 233. presens consiliario. col.
7. in vers. nono. facit. in 2. vol. quod dicitur in re-
peritū inter consilia Alberti Bruni. cons. 8. in ma-
teria feudali. quia si Papa sciuit tot dele-
ctus nō dispensaret, vel nō ita de leai. m.
postulasti. in fide. resc. Dom. cōf. 33. pro exomna-
tione. col. 3. & Dec. cons. 542. reuerende col. pe. 2.
rex. in l. qui testamento in prin. ubi, si aliquid ni-
hil impediatur. ff. de test. c. in 2. ubi, si aliud nō obstat
canonicum de cta. & quali. in 6. Dec. cons. 602.
v. so p. n. l. col. penult.*

Hęc clausula licet sit bene generalis. re-
stringitur tamē secundū materiā subie-
ctā. *gl. in c. solite. de maio. & ad personas habi-
les. l. qui autē. §. si. ff. de cōf. p. ec. c. quia plerūque
de off. or. intelligit. vt plene declarat. las. in 2. §. p. r.
tor. ait. ff. qui sari. d. cog. & l. qui ad. §. i. de elend.
quodcunq; de i. verb. obl. & cōf. 75. magnifus. in
1. vol. & cons. 18. contra donat. in c. 7. vol. 4.*

fit sede & indultum quōd ad rece-
ptionē vel prouisionē alicuius mi-
nime teneamini, quod q; de cano-
nicatibus, & prebendis, seu digni-
tatib. personatibus, administratio-
nibus, vel officiis, vestre vel alteri-
us ecclesie, aut aliis beneficiis ec-
clesiasticis, quibuscunq;, ad vestra
collationē, prouisionē, presenta-
tionē, nominationē, seu quāuis a-
liā dispositionē cōmuniter vel di-
uisim pertinentibus, nulli valeat
prouideri per literas apostolicas
nō facientes plenā & expressam,
ac de verbo ad verbum de indulto
huiusmodi mentionē. Et qualibet
alia dicta sedis indulgentia gene-
rali, cuiuscunq; tenoris existat, per
quā presentib. non expressam, vel
totaliter non insertam effectus

a Indultum) Et per hoc patet & per
verba contrarius, & c. quōd si mandatū diri-
gatur

De indulto nisi facta la mentio.
 rigatur ordini Cluniacē. qui habet indulto, ut nō teneatur accipere impetrātes a se de apostolica sub speciali gratia, vel cōmuni, nisi de ordine Cluniacē. vel de huiusmodi indulto expressa fuerit facta mētio, tamen per hęc verba censetur facta sufficiens mentio. prout concludit Cardm. in clem. de dām §. nos verō. q. 9. & seq. de sepul.

Papa indultis derogat.
 Etiam per ista verba apparet, quod nūquam ligantur manus Papæ etiā per quęcumq; indulta, & privilegia sua, vel suorū prædecessorum quo minus illis derogare possit. *ex. in c. dū. de prob. in sexti. c. inno. de el. quia non potest legē sibi dicere, à qua nō liceat recedere. l. si quis. in prin. ff. de leg. 3. c. si de res. in 6. nisi per viā cōtractus, ut superius dixi præfat. ad r. ab. de coll. Alioqui mandātū non facta mentione de indulto, non valet. c. cōordinā. & ibi Feli. in si. vbi tradit hęc tres casus fallen de rese. probat Paul Parisiē. cons. 79 ad uer. tendit. col. 1. l. in 4. v. 1. in.*

Primus quando impetratur mandātum ad collationem prioris, qui in diocēsi est vnicus illius ordinis, tunc valent literę tacentes de ordine, quia non possunt verificari nisi in illo quod reprobatur ibi Feli. quia non sciuit Papa illū esse de ordine privilegiato: quod si sciuiisset, fortē nō concessisset. Ideo si monachus impetrauerit beneficiū spectās ad collationē sancti Martini Parisiē. nisi exprimat Cluniacē. nō valebit impetratio. *ut pulchre dicit Collet. & in propriis terminis in c. ecclesia. col. pen. de for. leg.*

Secūdus casus est, quādo est facta mētio de ordine, à quo præcisē descendit ille ordo, cuius erat habēda mētio, & eiusdē naturę, quāuis sint diuersi habitus, & nominis, ut S. Benedicti sit mētio, à quo ordine descendit ordo Cluniacē qui habet privilegiū, de quo sup. nam tunc sufficeret secundum eum.

Tertius casus est, quādo quis impetrasset beneficiū non regulare, neq; spectās ad collationem prioris, sed secularē spectās solum ad eius præsentationem, quia tunc non requiritur expressio ordinis. nam ex quo indultum dicit quod non teneantur recipere, illa receptio intelligitur de beneficiū, quod libere spectat ad religiosos. se-

cus in beneficio ad quod præsentationem habent, quia in illo non dicuntur recipere, nisi diceretur in indulto, in ecclesiis suis nemini prouideri posse sine ordinis expressione. vide Feli. in c. accedentes. de præscr. & in ca. nonnulli. col. 5. de rese. per hanc clausulam ista tolluntur difficultates, quod prodest ad indulta cardinalium.

b) *Plenam*) Plenum dicitur multis *Plenū quorū* modis. Primo dicitur cui nil addipoteft, *modis ca-* nec minui. *ca. bene quidem. in prin. 96. dist. vel piatur.* cui nil deficit. *arg. c. nihil. 7. q. 1. in c. cum con-* tingat. col. 4. de rese.

Item plenum dicitur validum & firmū, ut id quod hac auctoritate fit, valeat. *l. idem Pomp. ff. de recepti. arb. Item plenum dicitur omnia necessaria, & vtilia comprehendens, ut hic. & l. si cum dies. §. plenum. & gl. in l. ita demum. §. si ff. de recep. arb. vbi dicit plenum, quando doli mentionem continet.*

Aliquando dicitur plenum, liberum, quod potest iniquum a quo præferre, quasi voluntariū. *l. fideicommissa. §. quauquam. ff. de leg. 3. Bal. consi. 383. in 3. vo. Vnde si procurator habeat plenum mandatum, idem poterit facere, ac si haberet mandatum generale, & cum libera. Bar. in l. procurator, cui libera. ff. de procur. & l. si procurator. C. illo titul. Feli. in cap. nonnulli. §. sunt. & alii. col. 1. de rese. scripi. & princeps faciendo gratiam, videtur remissionem tantum pœnæ facere. Bar. & Sali. in l. fin. C. de sen. pœnis. sed si faciat plenam gratiam, & bona videtur remittere. *las. in l. si sibi. §. 1. circa fin. ff. de pact. Feli. in cap. inter quatuor. in si. de maior. Hipp. sing. 246. remissio.**

De clausula pleno iure quid importet, *De clausula* vide per Guido Pape, in suis decis. qu. 537. dixi *la pleno iu-* supra Alexand. cons. 208. in 2. vo. & cons. 162. vi. re. *sup. in fin. in 6. vol. ac consi. 140. viso. col. 2. in 7. vo-* *lun. Come. consi. 305. col. 3. volum. 1. & consi. 329.* *colun. 2. ibidem. & las. consi. 128. videretur. col.* *4. in 4. vol. & in l. si ita stipulatus fuero. si Titius.* *3. notab. ff. de verb. oblig. Feli. in ca. conquestus. de* *foro comp. & capit. auditis. col. 2. de præscr. &* *tunc ecclesia dicitur ad aliquem pertinere* *pleno iure, quādo ipse, & nō alius exercet*

ibi iura episcopalia. c. quoniam. de privileg. Pan. in c. querelam. col. 2. de electio. & in c. de monachis. per docto. & docto. & c. in Lateran. de preb. alia cumulat. Ripp. d. fin. 246. & Dec. col. 43. & pro tenu. co. 2. de hoc abunde scripti in l. Heremius. ff. de verb. sig. Et sic postquam supra in genere fustulit non obstantia, ibi non obstantibus quibuscumque, hic prosequitur magis specificè, & prout faciendum esse censet las. col. 121. visio themate. in 4. vol.

Iurans non reuocare procuratorem an possit illum reuocare.

Quid si quis iurauerit non reuocare procuratorem, an possit eum reuocare etiam non facta plena & expressa mentione iuramenti? quod sic tenet gl. sing. in c. si. de proc. in 6. licet sit periurus reuocans. secundum Pan. in c. extirpade. §. qui verò. col. 4. in repet. de preb. & Barba. in rub. de reb. eccl. non alien. n. 49. & las. in l. duob. §. si. ff. de iure iur. & in l. si non sorrem. §. si centum. col. 3. de condi. indeb. & in l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. 3. in 2. lect. de leg. 1. & in l. si ita quis. §. ea lege. nu. 14. ff. de verb. obl. & cons. 21. n. 2. vol. secus in patrono laico, qui iurauit non variare vnus facta presentatione, vt variare non possit. teste Curcio in tract. de iure patr. in verbo. ius. q. 12. Boder. q. 202. ad secundam.

huiusmodi gratiæ impediri a valent quomodolibet, vel differri b, & de qua cuiusque; toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis, seu si dictus N. præsens non fuerit ad præstandum de obseruandis statutis d & consuetudinibus vestræ vel alterius ecclesiæ solitum iuramentum dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum e, & curam ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud præstet. Datum f, & c.

a **Impediri**) Idem dicitur in c. cum non deceat. de elect. in 6. [& ca. si propter. de resc. ibid.]

b **Differri**) Hæc clausula operatur, quod licet per verbum non obstantibus statutis, vel tolli possit per quæ nostra concessio impediri vel tolli.

li possent censentur sublata statuta impediencia effectum gratiæ omnino, & exceptiones peremptoria, nisi si non tollantur differant, non censentur sublata per illa verba: ideo Papa hic apposit, vel differt. Dom. in c. si propter. col. 5. de resc. per gl. ibi, in verbo, impediri. Et sic tollitur per hæc clausulam dilatoria exceptiones, teste Fel. in c. nonnulli. col. in ver. no. tertio. de resc. Ideo si statuto ecclesiæ caueatur, quod mandataris non habeat primum beneficiū, si esset præbenda ecclesiæ cathedralis, sed aliam sic: si prius vacet præbenda, non debet mandataris nisi ista clausula esset in rescripto apposita: gaudere ergo debent mandataris propter ista verba. Cald. cons. 1. de resc. D. Gomef. q. 6. in proem. regularum cancellariæ. & in regula de non tollendo ius quæ situm. q. 10. Nam aliquando differre in longum tempus, & tollere in totum æquiparatur in c. si super de officio delegato.

c **Mentio specialis**) Hæc clausula tollit subreptionem & defectum intentionis Papæ, quia licet non valeret rescriptum, nisi fieret mentio ordinis Cisterciensis cum ordinem. de resc. Nec rescriptum contra personam miserabilem, nisi specialiter exprimitur. Inn. & alii in c. significauimus. de of. deleg. Tamen per hanc clausulam Papa intendit derogare cuiusque privilegio, & statuto, etiam si specialis mentio de eo esset facienda, vt docet Card. in cons. 136. Fallit sic se habet. col. 4. & sic per hanc clausulam, etiam regulis cancellariæ derogatur, quauis de eis expressa mentio fieri debeat teste D. Gomef. in proemio regularum cancell. qu. 6. vt supra dixi. vbi etiam dicit indultis cardinalium per hanc clausulam derogatum sine alia expressione.

d **Statutis**) Si iuret seruare statuta, & consuetudines ecclesiæ, illud iuramentum intelligitur secundum formam literarum, & iuramentum habet tacitas conditiones, scilicet quatenus non repugnat literis. Ioann. Andr. in regula inspicimus. de reg. iur. lib. 6. in mercuria. quem refert ac sequitur Fel. in c. cum accessisset. nu. 29. col. 13. de consuet.

Procurator idoneus quis.

Tempus date est attendendum, fallit ubi.

Idoneum. Id est habentem speciale mandatum ad hoc. *arg. l. si mand. §. si. ff. mand. al. as non diceretur idoneus. c. x. in gl. in c. ex pari. de ver. sig. hoc expressè scribit lo. Staph. in tra. de iuris gratie. fol. 104. de vi & effectu clausularu plus dicens; procuratorem debere mādaturū habere speciale iurandi in animam constituētis. arg. tex in cap. procurator. de elect. in 6. tamen licet præstiterit iuramentum per procuratorē, qñ est præsens in ecclesia iurare adhuc feruare statuta, tenetur ratione copulæ hic positæ, dum dicit: Et cum ad ecclesiam, &c. De qua in c. 2. de rescri. Et quot modis dicatur quis idoneus, plenè scripsi in l. probum. in fin. ff. de verb. sig. Et ita in hoc mandato habes ad minimū viginti quinque clausulas notandas, quas ex supradictis elicere poteris & intelligere, plenius eas explico in praxi beneficia.*

Datum. Et sic tempus concessi mandati debet in mandato apponi, vt sciatur prioritas & posterioritas: vt in data sexti patet, & in c. p. de rescri. eo. li. & iuribus. sequi. Regula ergo est, quod in mandatis à diuersis imperatis inspicitur tempus datæ. e. eam te. & c. constitutus. de rescri. c. si eo tempore. in 6. Et qui prior est tempore, potior est in iure. reg. qui prior de reg. iur. in 6. Etiam si in secundo esset clausula decreti, & in primo non, adhuc præfertur primus, cum præsentatio afficiat præbendam primo: ergo secundus non poterit eam habere. ca. si capitulo. de concess. præb. in 6. Etiam si secundus primo præsentauerit, adhuc primus præfertur. cap. eum cui. de præ. in 6. & d. c. tibi qui de rescri. illo lib. & dixi sup. eo. in gl. præsentate. imò etiam si primum mandatum esset generale ad primum beneficium in diocesi Paris. vacaturum, & alterum speciale in ecclesia S. Marcelli illius diocesis, præfertur primus, etiam si vacet beneficium in ecclesia S. Marcelli. c. ex parte. de off. deleg. de Rota dec. 106. in no. & dec. 323. nota. Paul. in antiqui. & gloss. in §. visum in verbo, data. de colla. in prag. Sed in Francia non datur vnum magis generale, quam aliud, per hæc concordata, alioquin non valeret, quia

forma non seruaretur. Quæ regula non procedit, quando in secundo rescripto esset apposita clausula anteferri. gl. in c. si soli. & tex. in cap. pen. de concess. præb. in 6. tunc secundus præferetur. Card. conf. 18. de vbi lapsis, quæ in hoc regno non apponitur, & & si apponeretur, vitaret mandatū quia non esset secundum hanc formam.

Secundo non procedit, quando primus fuit negligens. c. tibi qui. de rescri. in 6. c. si clericus. de præb. eo. lib. Fel. plenè declarat in c. capitulum. de rescri. & sup. dixi in proximo. in gl. prosequentes. [& de falsitate in hac data constituit Dec. conf. 75. in causa falsitatis. dixi in forma noue prouiso. in fi. in praxi. benefi.

Tertio, quando primus non esset qualitatitæ requisitæ ad habendum beneficium curatum, quia fortè minor. c. si eo. de rescri. in 6. vel secundus expressit dignitatē, primus non, & vacauit dignitas, præfertur secundus. cap. quia sepe. de præb. in 6. In hac forma omnia exprimentur, vt licet in ea videre.

Quartū, si esset apposita clausula, quod duxerit acceptandum, de qua in c. a. de cōces. præb. in 6. tunc si primus non acceptauerit, secundus præfertur. Rota dec. 37. not. quod ubi in antiq. quod etiam nō procedit in hoc regno.

Quinto quando primū erat conditionale, nempe ante purificatam e conditione secundus præferetur. c. si pro te. de rescri. in 6. gl. in de. vna. de concess. præb. Dom. conf. 107. super primo.

Sexto, vbi primus mortuus est, vel duxit vxorē, seu renunciauit suæ primæ acceptationi, seu mandato, de quo per gl. & doc. in cle. gratie. de rescri. & c. cū inter. de renun. de Rota dec. 123. nota quod ubi, in antiq. & quando dicatur renunciare tacite, dixi supra in proce. in verbo prosequentes.

Sepimo, non procedit quando vnus mēdatarius habuisset suū mandatū ante coronationem Papæ, alter post, per gl. sing. in verbo, Pontificatus in data sexti, quod intellige in ibidem dicitur.

Octauo, nō procedit quādo primū erat surreptitium, vt in c. si eo tempore, de rescri. in 6. Ego vero dedi nouū intellectu ad c. ei cui isto dicto pugnans. de præb. in 6. in §. volumus. in

in mandatis tempus date nō inspicitur.



gl. tempore vacationis. de coll. sup. Fel. lat. scri-
bit in c. eam te in fi. de resc. & lino. in cle. vlt. vbi
distinguit vndecim casus illos. Et in vlt. re-
pentinone quā hic feci, sustinui conclusionē, in
mandatis tempus data non attendi: & re-
spondebā ad c. eam te. ibi, si datā literarū di-
ligentius attendisses, qđ ibi nō probat datā
debere inspici, quia cōditio nō ponit. Si re-
spondi ad c. constitutus, qđ non attendeba-
tur tēpus datæ, quia non expresserat, quod
debebat, videlicet numerū canonicorū, &
sic mandatū non valebat: idē responderē
ad d. c. sicut tempore. Nec me conturbauit. ca.
duobus. de resc. in 6. ibi, si non appareat, quis pri-
mō imperauerit, quia ibi nō debuit sumi ar-
gumentū à contrario: nā esset contra iura,
& resultaret iuriū correctio. gl. in c. cupien-
tes. §. quod si per viginti. de cle. in 6. Minus dixi
facere c. eum cui. de prob. in 6. Nam ibi hoc est
ratione canonicatus collati, quia ius erat
acquisitū ratione illius c. sicut ius. alio tē. Et
sic potest sustineri ista conclusio. quidā op-
posuere. d. c. si super gratia. de offic. de leg. in 6.
quod nil facit, & in actu disputatio pote-
rit sic responderi.

Notandum est, quod vltima linea huius
mandati debet compleri & finiri cum aliis
æqualis, nec debet pars eius prima vel vlti-
ma vacua remanere, & potest continere
hoc videlicet, Datū Romæ tertio Ca. end.
Ianu. pontificatus nostri anno secundo, &
non debet breuiari sic, anno secundo, quia
hæc dictiones numerales, vt videtur falsitas
(quæ frequens est, maximē in beneficiis
propter dulcedinem illorū, vt experientia
docet, & dixi in bulka cæne Domini, art. 4. in
verbo, exsidentes) debēt extensē scribi. Reg.
cancel. i. a. nisi in nomine pontificum, vt tē-
pore Innocentii Papæ III. Eugenii Papæ
V. & sic de reliquis. Prouinc. fol. 4. vers. hodie.
& tota debet compleri linea, in qua scribi-
tur dictio Pontificatus, & nō debet in aliā
terminari, nec debet hæc data duas inte-
gras lineas cōtinere, imō in initio penulti-
mæ lineæ necesse est ad minus duas dictio-
nes præcedentis clausulæ contineri, teste
Arch. in summa. 25. q. 2. vbi plus dicit, qđ vna
litera non debet poni super aliā causa ab-
breuiandi, vt pontifex, sed ad longū scribi

Nota quod
modo de-
bent scribi
duæ vlti-
mæ lineæ
mandati.

debet pontifex, teste spec. de resc. pre. sen. §. pri-
mo igitur. col. 3. vidi tamen contrariū seruari
& dixi sup. in prin. huius forme. glo. n. ideo in
pen. linea mandati sic solet scribi, si patiat-
tur. Datū Romæ apud sanctum Petrum in-
carnationis dominicæ. 1535. Postea in li-
nea vltima sequentia scribuntur, incipien-
do à principio vsq; ad finē, licet sit aliquod
spatium in medio dictionum, non in prin-
cipio lineæ vel in fine non vitiat, vt sic, Ter-
tio Nonas Iunii pontificatus nostri, Anno
Secundo.

Et in literis Apostolicis, nō scribuntur
hodie diphthongi, licet olim in aliquibus
literis antiquissimis inueniantur scriptæ:
quod voluit Pius Papa II. fuscitare, & sty-
lum abbreviare, ac reformare, quia nō est
cum venustate verborum & elegantia cō-
positus, vt testatur Prouincia fol. 14. vbi et-
iam dicit anno bissextili scribi debere pri-
mum diē bissextili sic, primo sexto Cal. Fe-
bruarii: & secundum sic, secundo sexto
Cal. Februa. quod facit ad intellectum. l.
eum bissextilis, & ibi dixi. f. de verb. sig.

Forma literarum excoctorialium
mandati Apostoli.



Simili modo Leo, & c. Di-
lectis filiis N. & N. ac N.
officialibus a salutem & in
Apostolicam benedictionem. Ho-
die cupientes vt dilecto filio N. cle-
rico N. diocesis, iuxta illius quæ
olim per felicis recordationis Geo-
gorium Papæ IX. prædecessorem
nostrū ad tunc episcopū Nouion.

Officialibus.) Et sic requiritur qđ
executores huius mandati Aposto-
lici habeant dignitatē, de qua loquitur c. sta-
tutū in prin. de resc. in 6. Postet tñ vnus articu-
lus continens merū factū, vt pote missio-
ne in possessionē, cōmitti alteri etiā non habe-
ti dignitatē, per gl. sup. in cle. vna. de off. del. q.
& qđ requiritur aliqua purificatio gratiæ,
potest executor etiā non constitutus in di-
gnitate dari, & qualitates. c. statuti. in exe-
cutor.

Diphthongi
in literis
antiquis

Executores
mandati
debet esse
in dignitate

Mon
cap
179